



BIBLIOTHEK
DER
EVANGELISCHEN
GEMEINDE
ZU
DÜSSELDORF

[illegible]

Item secundus prologus.

[illegible]

[illegible]

V

VI

VII

VIII

Egressus est ihesus nazarenus a galilea
et uenit ad iohannem ad iordanem
ut baptizaretur ab eo. Iohannes autem
prohibebat eum dicens. Ego a te debeo
baptizari et tu uenis ad me. Respondens
autem ihesus dixit ei. Sine modo. Sic enim
decet nos implere omnem iustitiam.
Tunc dimisit eum. Baptizatus autem ihesus
confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti
sunt ei cæli. Et uidit spiritum dei descendentem
sicut columbam. Et uenientem super se.
Et ecce uox de cælis dicens. Hic est filius
meus dilectus in quo mihi complacui.

Tunc ductus est ihesus in desertum a spiritu
ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset
quadraginta diebus et quadraginta noctibus
postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei.
Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant.
Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in
solo pane uiuit homo. sed in omni uerbo
quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit
eum diabolus in sanctam ciuitatem. Et
statuit eum super pinnaculum templi. Et
dixit ei. Si filius dei es mitte te deorsum.
Scriptum est enim. quia angelis suis deus
mandauit de te. Et in manibus tollent te.
ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Ait illi ihesus. Rursum scriptum est. Non
tentabis dominum deum tuum. Iterum
assumpsit eum diabolus in montem excelsum
ualde. Et ostendit ei omnia regna mundi
et gloriam eorum. Et dixit ei. Hæc omnia
tibi dabo si cadens adoraueris me. Tunc
dicit ei ihesus. Vade satana. Scriptum est
enim. Dominum deum tuum adorabis et illi
soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus.
Et ecce angeli accesserunt et ministrabant
ei. Cum autem audisset ihesus quod iohannes
traditus esset secessit in galileam. Et
relicta nazareth uenit et habitauit in
capharnaum maritima in finibus zabulon
et nepthalim. Ut impleretur quod dictum
est per esaiam prophetam dicentem. Terra
zabulon et terra nepthalim uia maris trans
iordanem galilea gentium. Populus qui
sedebat in tenebris lucem uidit magnam.
Et sedentibus in regione umbræ mortis
lux orta est eis. Exinde cœpit ihesus
predicare et dicere. Pœnitentiam agite.
Appropinquabit enim regnum cælorum.

Ambulans autem ihesus iuxta mare galilee
uidit duos fratres. Simonem qui uocatur
petrus et andream fratrem eius mittentes
rete in mare. Erant enim piscatores. Et
ait illis. Venite post me. Et faciam uos
fieri piscatores hominum. Qui continuo
relictis retibus secuti sunt eum. Et
progressus inde uidit alios duos fratres.
Iacobum zebedei et iohannem fratrem eius
in nauicula cum zebedeo patre eorum
reficientes retia sua. Et uocauit eos.
Qui continuo relictis retibus et patre
secuti sunt eum. Et circuibat ihesus totam
galileam docens in synagogis eorum et
predicans euangelium regni et sanans
omnem languorem et omnem infirmitatem
in populo. Et ibant ad eum multi de
galilea et decapoli et de hierusalem et
de iudea et de trans iordanem. Et
secutæ sunt eum turbæ multæ.

Videns autem ihesus turbas ascendit in
montem. Et cum sedisset accesserunt ad
eum discipuli eius. Et aperiens os suum
docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu.
quoniam ipsorum est regnum cælorum.
Beati mites. quoniam ipsi possidebunt
terram. Beati qui lugent. quoniam ipsi
consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt
iustitiam. quoniam ipsi saturabuntur.
Beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam
consequentur. Beati mundo corde.
quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici.
quoniam filii dei uocabuntur. Beati qui
persecutionem patiuntur propter iustitiam.
quoniam ipsorum est regnum cælorum.
Beati estis cum maledixerint uobis et
persecuti uos fuerint et dixerint omne
malum aduersum uos mentientes propter
me. Gaudete et exultate. quoniam merces
uestra copiosa est in cælis. Sic enim
persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante
uos. Vos estis sal terræ. Quod si sal
euanuerit in quo salietur. Ad nihilum
ualet ultra. nisi ut mittatur foras et
conculcetur ab hominibus. Vos estis lux
mundi. Non potest ciuitas abscondi
supra montem posita. Neque accendunt
lucernam et ponunt eam sub modio. sed
super candelabrum. ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra
coram hominibus. ut uideant opera uestra
bona. et glorificent patrem uestrum qui
in cælis est. Nolite putare quoniam
ueni soluere legem aut prophetas. non
ueni soluere sed adimplere. Amen dico
uobis donec transeat cælum et terra iota
unum aut unus apex non præteribit a lege
donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum
de mandatis istis minimis et docuerit sic
homines minimus uocabitur in regno cælorum.
Qui autem fecerit et docuerit hic magnus
uocabitur in regno cælorum. Dico enim
uobis quia nisi abundauerit iustitia uestra
plus quam scribarum et pharisæorum non
intrabitis in regnum cælorum.

Audistis quia dictum est antiquis. Non
occides. Qui autem occiderit reus erit
iudicio. Ego autem dico uobis quia omnis
qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.
Qui autem dixerit fratri suo raca reus erit
concilio. Qui autem dixerit fratri suo fatue
reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers
munus tuum ad altare. et ibi recordatus
fueris quia frater tuus habet aliquid
aduersum te. Relinque ibi munus tuum
ante altare. et uade prius reconciliari
fratri tuo. et tunc ueniens offeres munus
tuum. Esto consentiens aduersario tuo
cito dum es in uia cum eo. ne forte
aduersarius tradat te iudici. et iudex
tradat te ministro. et in carcerem mittaris.
Amen dico tibi. non exies inde donec
reddas nouissimum quadrantem.

Audistis quia dictum est antiquis. Non
mœchaberis. Ego autem dico uobis quia
omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum
eam. iam mœchatus est eam in
corde suo. Si autem oculus tuus dexter
scandalizat te. eruе eum et proice abs te.
expedit enim tibi ut pereat unum membrorum
tuorum. et non totum corpus tuum mittatur
in gehennam. Et si dextera manus tua
scandalizat te. abscide eam et proice abs te.
expedit enim tibi ut pereat unum membrorum
tuorum. et non totum corpus tuum eat in
gehennam. Dictum est autem. Quicumque
dimiserit uxorem suam. det illi libellum
repudii. Ego autem dico uobis quia omnis
qui dimittit uxorem suam excepta fornicationis
causa facit eam mœchari. et qui
dimissam duxerit mœchatur. Iterum audistis
quia dictum est antiquis. Non periurabis.
Reddes autem domino iuramenta tua.
Ego autem dico uobis non iurare omnino.
neque per cælum quia thronus dei est.
neque per terram quia scabellum est pedum
eius. neque per hierusalem quia ciuitas est
magni regis. neque per caput tuum iures
quia non potes unum capillum album facere
aut nigrum. Sit autem sermo uester. Est.
est. non. non. Quod autem his abundantius
est a malo est. Audistis quia dictum est.
Oculum pro oculo. et dentem pro dente.
Ego autem dico uobis non resistere malo.
sed si quis te percusserit in dexteram
maxillam tuam. præbe illi et alteram.
Et ei qui uult tecum iudicio contendere
et tunicam tuam tollere. dimitte ei et
pallium. Et quicumque angariauerit te
mille passus. uade et alia duo. Qui petit
a te tribue. et uolenti mutuari a te ne
auertaris. Audistis quia dictum est.
Diliges proximum tuum. et odio habebis
inimicum tuum. Ego autem dico uobis.
diligite inimicos uestros. benefacite his
qui oderunt uos. et orate pro persequentibus
et calumniantibus uos. ut sitis filii patris
uestri qui in cælis est. qui solem suum
oriri facit super bonos et malos. et pluit
super iustos et injustos. Si enim diligitis
eos qui uos diligunt. quam mercedem habebitis.
nonne et publicani hoc faciunt. Et
si saluetis fratres uestros tantum. quid
amplius facitis. nonne et ethnici hoc faciunt.
Estote ergo uos perfecti. sicut et pater
uester cælestis perfectus est.

Attendite ne iustitiam uestram faciatis
coram hominibus ut uideamini ab eis.
alioquin mercedem non habebitis apud
patrem uestrum qui in cælis est. Cum
ergo facis elemosynam. noli tuba canere
ante te. sicut ypocritæ faciunt in synagogis
et in uicis. ut honorificentur ab hominibus.
Amen dico uobis. receperunt mercedem
suam. Te autem faciente elemosynam.
nesciat sinistra tua quid faciat dextera
tua. ut sit elemosyna tua in abscondito.
et pater tuus qui uidet in abscondito
reddet tibi. Et cum oratis non eritis
sicut ypocritæ qui amant in synagogis et
in angulis platearum stantes orare. ut
uideantur ab hominibus. Amen dico uobis.
receperunt mercedem suam. Tu autem
cum oraueris intra in cubiculum tuum.
et clauso ostio ora patrem tuum in
abscondito. et pater tuus qui uidet in
abscondito reddet tibi. Orantes autem
nolite multum loqui sicut ethnici. Putant
enim quod in multiloquio suo exaudiantur.
Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater
uester quid opus sit uobis antequam petatis
eum. Sic ergo uos orabitis. Pater noster
qui es in cælis. sanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua
sicut in cælo et in terra. Panem nostrum
cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in
temptationem. sed libera nos a malo.
Amen. Si enim dimiseritis hominibus
peccata eorum. dimittet et uobis pater
uester cælestis delicta uestra. Si autem
non dimiseritis hominibus. nec pater
uester dimittet peccata uestra.

Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut
ypocritæ tristes. Exterminant enim facies
suas. ut appareant hominibus ieiunantes.
Amen dico uobis. receperunt mercedem
suam. Tu autem ieiunans unge caput
tuum. et faciem tuam lauа. ne uidearis
hominibus ieiunans. sed patri tuo qui est
in abscondito. et pater tuus qui uidet in
abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare
uobis thesauros in terra. ubi erugo et
tinea demolitur. et ubi fures effodiunt et
furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros
in cælo. ubi neque erugo neque tinea
demolitur. et ubi fures non effodiunt nec
furantur. Vbi enim est thesaurus tuus.
ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui
est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit
simplex. totum corpus tuum lucidum erit.
Si autem oculus tuus nequam fuerit.
totum corpus tuum tenebrosum erit.
Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt.
ipsæ tenebræ quantæ erunt. Nemo potest
duobus dominis seruire. Aut enim unum
odio habebit et alterum diliget. aut unum
sustinebit et alterum contemnet. Non
potestis deo seruire et mammonæ. Ideo
dico uobis. Ne solliciti sitis animæ uestræ
quid manducetis neque corpori uestro quid
induamini. Nonne anima plus est quam
esca. et corpus plus quam uestimentum.
Respicite uolatilia cæli quoniam non seminant
neque metunt neque congregant in horrea.
et pater uester cælestis pascit illa. Nonne
uos magis pluris estis illis. Quis autem
uestrum cogitans potest adicere ad staturam
suam cubitum unum. Et de uestimento
quid solliciti estis. Considerate lilia agri
quomodo crescunt. non laborant neque
nent. Dico autem uobis. quoniam nec
Salomon in omni gloria sua coopertus est
sicut unum ex istis. Si autem fenum agri
quod hodie est et cras in clibanum mittitur
deus sic uestit. quanto magis uos modicæ
fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes.
Quid manducabimus aut quid bibemus aut
quo operiemur. Hæc enim omnia gentes
inquirunt. Scit enim pater uester quia
horum omnium indigetis. Quærite ergo
primum regnum dei et iustitiam eius.
et hæc omnia adicientur uobis. Nolite
ergo esse solliciti in crastinum. crastinus
enim dies sollicitus erit sibi ipsi. sufficit
diei malitia sua.

Nolite iudicare ut non iudicemini. In quo
enim iudicio iudicaueritis iudicabimini.
et in qua mensura mensi fueritis remetietur
uobis. Quid autem uides festucam in oculo
fratris tui. et trabem in oculo tuo non
uides. Aut quomodo dicis fratri tuo. Sine
eiciam festucam de oculo tuo. et ecce trabes
est in oculo tuo. Ypocrita. eice primum
trabem de oculo tuo. et tunc uidebis
eicere festucam de oculo fratris tui.
Nolite dare sanctum canibus. neque mittatis
margaritas uestras ante porcos. ne forte
conculcent eas pedibus suis. et conuersi
dirumpant uos. Petite et dabitur uobis.
quærite et inuenietis. pulsate et aperietur
uobis. Omnis enim qui petit accipit. et
qui quærit inuenit. et pulsanti aperietur.
Aut quis est ex uobis homo quem si petierit
filius suus panem numquid lapidem porriget
ei. Aut si piscem petierit numquid serpentem
porriget ei. Si ergo uos cum sitis mali
nostis bona data dare filiis uestris. quanto
magis pater uester qui in cælis est dabit
bona petentibus se. Omnia ergo quæcumque
uultis ut faciant uobis homines. et uos
facite illis. Hæc est enim lex et prophetæ.
Intrate per angustam portam. quia lata
porta et spatiosa uia est quæ ducit ad
perditionem. et multi sunt qui intrant per
eam. Quam angusta porta et arta uia est
quæ ducit ad uitam. et pauci sunt qui
inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis.
qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium.
intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A
fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid
colligunt de spinis uuas. aut de tribulis
ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos
facit. mala autem arbor malos fructus facit.
Non potest arbor bona malos fructus facere.
neque arbor mala bonos fructus facere.
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum
excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex
fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis
qui dicit mihi domine domine intrabit in
regnum cælorum. sed qui facit uoluntatem
patris mei qui in cælis est. ipse intrabit
in regnum cælorum. Multi dicent mihi in
illa die. Domine domine. nonne in nomine
tuo prophetauimus. et in nomine tuo
demonia eiecimus. et in nomine tuo uirtutes
multas fecimus. Et tunc confitebor illis
quia nunquam noui uos. discedite a me
qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui
audit uerba mea hæc et facit ea. similabo
eum uiro sapienti qui ædificauit domum
suam supra petram. Et descendit pluuia.
et uenerunt flumina. et flauerunt uenti.
et irruerunt in domum illam. et non cecidit.
fundata enim erat super petram. Et omnis
qui audit uerba mea hæc et non facit ea.
similis erit uiro stulto qui ædificauit domum
suam supra arenam. Et descendit pluuia.
et uenerunt flumina. et flauerunt uenti.
et irruerunt in domum illam. et cecidit.
et fuit ruina illius magna.

Et factum est cum consummasset ihesus
sermones hos. mouebantur turbæ super
doctrina eius. Erat enim docens eos sicut
potestatem habens. et non sicut scribæ
eorum et pharisæi. Descendenti autem eo
de monte secutæ sunt eum turbæ multæ.
Et ecce leprosus uenit et adorabat eum
dicens. Domine si uis potes me mundare.
Et extendens ihesus manum tetigit eum
dicens. Volo mundare. Et confestim
mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus.
Vide nemini dixeris. sed uade ostende te
sacerdoti et offer munus quod præcepit
moyses in testimonium illis. Cum autem
introisset capharnaum accessit ad eum
centurio rogans eum et dicens. Domine
puer meus iacet in domo paralyticus et
male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego
ueniam et curabo eum. Et respondens
centurio ait. Domine non sum dignus ut
intres sub tectum meum. sed tantum dic
uerbo et sanabitur puer meus. Nam et
ego homo sum sub potestate constitutus.
habens sub me milites. et dico huic. Vade
et uadit. et alii. Veni et uenit. et seruo
meo. Fac hoc et facit. Audiens autem
ihesus mirabatur. et sequentibus se dixit.
Amen dico uobis. apud nullum tantam
fidem in israel inuenio. Dico autem uobis
quod multi ab oriente et occidente ueniunt
et recumbent cum abraham et isaac et
iacob in regno cælorum. filii autem regni
eicientur in tenebras exteriores. ibi erit
fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus
centurioni. Vade et sicut credidisti fiat
tibi. Et sanatus est puer in hora illa.
Et cum uenisset ihesus in domum petri.
uidit socrum eius iacentem et febricitantem.
Et tetigit manum eius. et dimisit eam
febris. et surrexit et ministrabat illi.
Vespere autem facto obtulerunt ei multos
dæmonia habentes. et eiciebat spiritus
uerbo. et omnes male habentes curauit.
Vt impleretur quod dictum est per esaiam
prophetam dicentem. Ipse infirmitates
nostras accepit et ægritudines portauit.
Videns autem ihesus turbas multas circa
se. iussit ire trans fretum. Et accedens
unus scriba ait illi. Magister sequar te
quocumque ieris. Et dicit ei ihesus. Vulpes
foueas habent et uolucres cæli tabernacula.
filius autem hominis non habet ubi caput
reclinet. Alius autem de discipulis eius
ait illi. Domine permitte me primum ire
et sepelire patrem meum. Ihesus autem
ait illi. Sequere me et dimitte mortuos
sepelire mortuos suos. Et ascendente eo
in nauiculam secuti sunt eum discipuli
eius. Et ecce motus magnus factus est in
mari. ita ut nauicula operiretur fluctibus.
ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eum
et suscitauerunt eum dicentes. Domine
saluum nos fac perimus. Et dicit eis
ihesus. Quid timidi estis modicæ fidei.
Tunc surgens imperauit uentis et mari.
et facta est tranquillitas magna. Homines
autem mirati sunt dicentes. Qualis est hic
quia et uenti et mare obediunt ei.

Et uenit trans fretum in regionem
gerasenorum. Et cum exisset eum in terram
obuiauerunt ei duo habentes dæmonia.
de monumentis exeuntes. sæui nimis. ita
ut nemo posset transire per uiam illam.
Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis
et tibi ihesu fili dei. Venisti huc ante
tempus torquere nos. Erat autem procul
ab illis grex multorum porcorum pascens.
Dæmones autem rogabant eum dicentes.
Si eicis nos hinc. mitte nos in gregem
porcorum. Et ait illis. Ite. Illi autem
exeuntes abierunt in porcos. Et ecce
impetu abiit omnis grex per præceps in
mare. et mortui sunt in aquis. Pastores
autem fugerunt. et abeuntes in ciuitatem
nuntiauerunt omnia. et de his qui a dæmonia
habebant. Et ecce omnis ciuitas exiit
obuiam ihesu. et uidentes eum rogauerunt
ut transiret a finibus eorum.

Et ascendens nauiculam transfretauit et
uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant
ei paralyticum iacentem in lecto. Et uidens
ihesus fidem illorum dixit paralytico.
Confide fili remittuntur tibi peccata tua.
Et ecce quidam de scribis dixerunt intra
se. Hic blasphemat. Et cum uidisset
ihesus cogitationes eorum dixit. Vt quid
cogitatis mala in cordibus uestris. Quid
est facilius dicere. Dimittuntur tibi
peccata tua. an dicere. Surge et ambula.
Vt autem sciatis quia filius hominis habet
potestatem in terra dimittendi peccata.
tunc ait paralytico. Surge tolle lectum
tuum et uade in domum tuam. Et surrexit
et abiit in domum suam. Videntes autem
turbæ timuerunt. et glorificauerunt deum
qui dedit potestatem talem hominibus.

Et transiens inde ihesus uidit hominem
sedentem in telonio. nomine matheum.
et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus
est eum. Et factum est discumbente eo in
domo. et ecce multi publicani et peccatores
uenientes discumbebant cum ihesu et discipulis
eius. Et uidentes pharisæi dicebant
discipulis eius. Quare cum publicanis et
peccatoribus manducat magister uester.
Ihesus autem audiens ait. Non egent qui
sani sunt medico. sed qui male habent.
Euntes autem discite quid est. Misericordiam
uolo et non sacrificium. Non enim ueni
uocare iustos. sed peccatores. Tunc accesserunt
ad eum discipuli iohannis dicentes.
Quare nos et pharisæi ieiunamus frequenter.
discipuli autem tui non ieiunant. Et ait
illis ihesus. Numquid possunt filii sponsi
lugere quamdiu cum illis est sponsus.
Venient autem dies cum auferetur ab eis
sponsus. et tunc ieiunabunt. Nemo autem
committit figmentum nouum in uestimento
ueteri. Tollit enim plenitudinem eius a
uestimento. et peior scissura fit. Neque
mittunt uinum nouum in utres ueteres.
alioquin rumpuntur utres. et uinum effunditur.
et utres pereunt. Sed uinum nouum
mittunt in utres nouos. et utraque conseruantur.
Hæc illo loquente ad illos. ecce
princeps unus accessit et adorabat eum
dicens. Quia filia mea modo defuncta est.
sed ueni et impone manum tuam super eam.
et uiuet. Et surgens ihesus sequebatur eum
et discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis
fluxum patiebatur duodecim annis.
accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti
eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero
tantum uestimentum eius. saluabor. Ihesus
autem conuersus et uidens eam dixit.
Confide filia fides tua te saluam fecit.
Et saluata est mulier ex hora illa. Et cum
uenisset ihesus in domum principis et uidisset
tibicines et turbam tumultuantem.
dicebat. Recedite. non enim mortua est
puella. sed dormit. Et deridebant eum.
Et cum ejecta fuisset turba. uenit et tenuit
manum eius. et surrexit puella. Et exiit
fama hæc in uniuersam terram illam.

Et transeunti inde ihesu secuti sunt eum
duo cæci clamantes et dicentes. Miserere
nostri fili dauid. Cum autem uenisset
domum accesserunt ad eum cæci. Et dicit
eis ihesus. Creditis quia possum hoc facere
uobis. Dicunt ei. Etiam domine. Tunc
tetigit oculos eorum dicens. Secundum
fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt
oculi eorum. Et comminatus est illis
ihesus dicens. Videte ne quis sciat. At illi
exeuntes diffamauerunt eum in uniuersa
terra illa. Illis autem exeuntibus ecce
obtulerunt ei hominem mutum dæmonium
habentem. Et ejecto dæmonio locutus est
mutus. Et admirabantur turbæ dicentes.
Numquam apparuit sic in israel. Pharisæi
autem dicebant. In principe dæmoniorum
eicit dæmonia. Et circuibat ihesus ciuitates
omnes et castella docens in synagogis eorum
et predicans euangelium regni et curans
omnem infirmitatem et omnem languorem.
Videns autem turbas misertus est eis.
quia erant uexati et iacentes sicut oues
non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis
suis. Messis quidem multa operarii autem
pauci. Rogate ergo dominum messis ut
mittat operarios in messem suam. Et conuocatis
duodecim discipulis suis dedit illis
potestatem spirituum immundorum ut eicerent
eos et curarent omnem infirmitatem
et omnem languorem. Nomina autem duodecim
apostolorum sunt hæc. Primus simon
qui dicitur petrus et andreas frater eius.
iacobus zebedei et iohannes frater eius.
philippus et bartholomeus. thomas et matheus
publicanus. iacobus alphei et lebeus
qui cognominatus est thaddeus. simon
chananeus et iudas iscariotes qui et
traditor fuit eius. Hos duodecim misit
ihesus præcipiens eis dicens. In uiam
gentium ne abieritis et in ciuitates samaritanorum
ne intraueritis. Sed ite potius
ad oues quæ perierunt domus israel.
Euntes autem predicate dicentes. Quia
appropinquabit regnum cælorum. Infirmos
curate. mundate leprosos. mortuos suscitate.
dæmonia eicite. Gratis accepistis.
gratis date. Nolite possidere aurum neque
argentum neque pecuniam in zonis uestris.
non peram in uiam neque duas tunicas
neque calciamenta neque uirgam. Dignus
enim est operarius cibo suo. In quamcumque
autem ciuitatem aut castellum intraueritis.
requirite quis in ea dignus sit. et ibi
manete donec exeatis. Intrantes autem
domum salutate eam dicentes. Pax huic
domui. Et si quidem fuerit domus illa
digna ueniat pax uestra super eam. Si
autem non fuerit digna pax uestra ad uos
reuertatur. Et quicumque non receperit
uos neque audierit sermones uestros. exeuntes
foras domum aut ciuitatem illam.
excutite puluerem de pedibus uestris.
Amen dico uobis. tolerabilius erit terræ
sodomorum et gomorreorum in die iudicii
quam illi ciuitati. Ecce ego mitto uos
sicut oues in medio luporum. Estote ergo
prudentes sicut serpentes et simplices sicut
columbæ. Cauete autem ab hominibus.
Tradent enim uos in consiliis suis et in
synagogis suis flagellabunt uos. Et ante
præsides et reges ducemini propter me.
in testimonium illis et gentibus. Cum
autem tradent uos nolite cogitare quomodo
aut quid loquamini. Dabitur enim uobis
in illa hora quid loquamini. Non enim
estis uos qui loquimini. sed spiritus patris
uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem
frater fratrem in mortem. et pater filium.
et insurgent filii in parentes. et morte
afficient eos. Et eritis odio omnibus
propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit
usque in finem hic saluus erit.
Cum autem persecuti fuerint uos in ciuitate
hac fugite in aliam. Amen enim dico uobis.
non consummabitis omnes ciuitates israel
donec ueniat filius hominis. Non est discipulus
super magistrum. neque seruus
super dominum suum. Sufficit discipulo
ut sit sicut magister eius. et seruus sicut
dominus eius. Si patremfamilias beelzebub
uocauerunt. quanto magis domesticos eius.
Ergo ne timueritis eos. Nihil enim est
opertum quod non reuelabitur. et occultum
quod non sciatur. Quod dico uobis in
tenebris dicite in lumine. et quod in aure
auditis. prædicate super tecta. Et nolite
timere eos qui occidunt corpus. animam
autem non possunt occidere. Sed timete
magis eum qui potest et animam et corpus
perdere in gehenna. Nonne duo passeres
asse ueneunt. et unus ex illis non cadet
super terram sine patre uestro. Vestri
autem capilli capitis omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere. multis passeribus
pluris estis uos. Omnis ergo qui confitebitur
me coram hominibus. confitebor et
ego eum coram patre meo qui in cælis est.
Qui autem negauerit me coram hominibus.
negabo et ego eum coram patre meo qui
in cælis est. Nolite arbitrari quia ueni
pacem mittere in terram. non ueni pacem
mittere sed gladium. Veni enim separare
hominem aduersus patrem suum. et filiam
aduersus matrem suam. et nurum aduersus
socrum suam. Et inimici hominis domestici
eius. Qui amat patrem aut matrem plus
quam me non est me dignus. et qui amat
filium aut filiam plus quam me non est me
dignus. Et qui non accipit crucem suam
et sequitur me non est me dignus. Qui
inuenit animam suam perdet eam. et qui
perdiderit animam suam propter me inueniet
eam. Qui recipit uos me recipit. et qui
me recipit recipit eum qui misit me.
Qui recipit prophetam in nomine prophetæ
mercedem prophetæ accipiet. et qui recipit
iustum in nomine iusti mercedem iusti
accipiet. Et quicumque potum dederit uni
ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum
in nomine discipuli. amen dico uobis.
non perdet mercedem suam.

Et factum est cum consummasset ihesus
præcipiens duodecim discipulis suis. transiit
inde ut doceret et predicaret in ciuitatibus
eorum. Iohannes autem audiens in uinculis
opera christi. mittens duos de discipulis
suis ait illi. Tu es qui uenturus es. an
alium exspectamus. Et respondens ihesus
dixit eis. Euntes renuntiate iohanni quæ
audistis et uidistis. Cæci uident. claudi
ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt.
mortui resurgunt. pauperes euangelizantur.
Et beatus est qui non fuerit scandalizatus
in me. Illis autem abeuntibus cœpit ihesus
dicere ad turbas de iohanne. Quid existis
in desertum uidere. arundinem uento agitatam.
Sed quid existis uidere. hominem
mollibus uestimentis indutum. Ecce qui
mollibus uestiuntur in domibus regum sunt.
Sed quid existis uidere. prophetam. Etiam
dico uobis. et plus quam prophetam.
Hic est enim de quo scriptum est. Ecce
ego mitto angelum meum ante faciem tuam.
qui præparabit uiam tuam ante te. Amen
dico uobis. non surrexit inter natos mulierum
maior iohanne baptista. Qui autem
minor est in regno cælorum maior est illo.
A diebus autem iohannis baptistæ usque
nunc regnum cælorum uim patitur. et
uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ
et lex usque iohannem prophetauerunt.
Et si uultis recipere ipse est helias qui
uenturus est. Qui habet aures audiendi
audiat. Cui autem similem existimabo
generationem istam. Similis est pueris
sedentibus in foro. qui clamantes dicunt
sodalibus suis. Et dicunt. Cecinimus uobis
et non saltastis. lamentauimus et non
planxistis. Venit enim iohannes neque
manducans neque bibens. et dicunt. Demonium
habet. Venit filius hominis manducans
et bibens. et dicunt. Ecce homo
deuorator et potator uini. amicus publicanorum
et peccatorum. Et iustificata est
sapientia a filiis suis. Tunc cœpit exprobrare
ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ
uirtutes eius quia non egissent pœnitentiam.
Væ tibi corozaim. væ tibi bethsaida.
quia si in tyro et sidone factæ essent uirtutes
quæ factæ sunt in uobis olim in cinere
et cilicio pœnitentiam egissent. Verumtamen
dico uobis. tyro et sidoni remissius
erit in die iudicii quam uobis. Et tu
capharnaum quæ usque ad cælum exaltata
es usque ad infernum descendes. quia si in
sodomis factæ essent uirtutes quæ factæ
sunt in te forte remansissent usque in
hodiernum diem. Verumtamen dico uobis.
quia terræ sodomorum remissius erit in
die iudicii quam tibi. In illo tempore
respondens ihesus dixit. Confiteor tibi
pater domine cæli et terræ. quia abscondisti
hæc a sapientibus et prudentibus. et
reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam
sic fuit placitum ante te. Omnia mihi
tradita sunt a patre meo. Et nemo scit
filium nisi pater. neque patrem quis scit
nisi filius. et cui uoluerit filius reuelare.
Venite ad me omnes qui laboratis et
onerati estis. et ego reficiam uos. Tollite
iugum meum super uos. et discite a me
quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis
requiem animabus uestris. Iugum
enim meum suaue est. et onus meum leue.

In illo tempore ibat ihesus sabbatis per
sata. Discipuli autem eius esurierunt.
et cœperunt uellere spicas et manducare.
Pharisæi autem uidentes dixerunt ei.
Ecce discipuli tui faciunt quod non licet
facere in sabbato. Ipse autem dixit eis.
Nonne legistis quid fecerit dauid quando
esuriit ipse et qui cum illo erant. quomodo
intrauit in domum dei. et panes propositionis
manducauerunt quos non licebat
ei manducare neque his qui cum illo erant.
nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis
in lege quia sacerdotes in templo sabbatum
profanant et sine crimine sunt. Dico autem
uobis quia templo maius hic est. Si autem
scissetis quid est. misericordiam uolo et
non sacrificium. nunquam condemnassetis
innocentes. Dominus enim est filius hominis
etiam sabbati. Et cum inde transisset
uenit in synagogam eorum. Et ecce homo
manum habens aridam. Et interrogauerunt
eum dicentes. Si licet sabbatis curare.
ut accusarent eum. Qui ait illis. Quis
erit ex uobis homo qui habet ouem unam.
et si hæc cadat sabbatis in foueam nonne
tenebit et leuabit eam. Quanto magis
melior est homo ouis. Itaque licet sabbatis
benefacere. Tunc ait homini. Extende
manum tuam. Et extendit. et restituta est
sanitati sicut altera. Exeuntes autem
pharisæi consilium faciebant aduersus eum
quemadmodum illum perderent. Ihesus
autem sciens secessit inde. Et secuti sunt
eum multi. Et curauit eos omnes. Et
comminatus est eis ne manifestum eum
facerent. Vt impleretur quod dictum est
per esaiam prophetam dicentem. Ecce puer
meus quem elegi. dilectus meus in quo
bene complacuit sibi anima mea. Ponam
spiritum meum super eum. et iudicium
gentibus annuntiabit. Non contendet neque
clamabit. neque audiet quisquam in plateis
uocem eius. Arundinem quassatam non
conteret. et linum fumigans non extinguet.
donec eiciat ad uictoriam iudicium. Et in
nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus
est ei dæmonium habens. cæcus et mutus.
et curauit eum. ita ut cæcus et mutus
loqueretur et uideret. Et stupebant omnes
turbæ et dicebant. Numquid hic est filius
dauid. Pharisæi autem audientes dixerunt.
Hic non eicit dæmonia nisi in beelzebub
principe dæmoniorum. Et cum uidisset
ihesus cogitationes eorum dixit eis. Omne
regnum in seipsum diuisum desolabitur.
et omnis ciuitas uel domus diuisa contra
se non stabit. Et si satanas satanam eicit
in seipsum diuisus est. quomodo ergo stabit
regnum eius. Et si ego in beelzebub eicio
filii uestri in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices
uestri erunt. Si autem in spiritu dei eicio
dæmonia. profecto peruenit in uos regnum
dei. Aut quomodo potest quisquam intrare
in domum fortis et uasa eius diripere.
nisi prius fortem alligauerit. et tunc domum
eius diripiet. Qui non est mecum contra
me est. et qui non colligit mecum spargit.
Ideo dico uobis. omne peccatum et blasphemia
remittetur hominibus. spiritus autem
blasphemia non remittetur. Et quicumque
dixerit uerbum contra filium hominis.
remittetur ei. Qui autem dixerit contra
spiritum sanctum. non remittetur ei neque
in hoc seculo neque in futuro. Aut facite
arborem bonam et fructus eius bonos. aut
facite arborem malam et fructus eius malos.
De fructu enim arbor cognoscitur. Progenies
uiperarum quomodo potestis bona
loqui cum sitis mali. Ex abundantia enim
cordis os loquitur. Bonus homo de bono
thesauro cordis sui profert bona. et malus
homo de malo thesauro profert mala.
Dico autem uobis quod omne uerbum otiosum
quod locuti fuerint homines reddent
rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis
enim tuis iustificaberis. et ex uerbis tuis
condemnaberis. Tunc responderunt quidam
de scribis et pharisæis dicentes. Magister
uolumus a te signum uidere. Qui respondens
ait illis. Generatio mala et adultera
signum quærit. et signum non dabitur ei
nisi signum ionæ prophetæ. Sicut enim fuit
ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus
noctibus. sic erit filius hominis in corde
terræ tribus diebus et tribus noctibus.
Viri niniuitæ surgent in iudicio cum generatione
ista. et condemnabunt eam. quia
pœnitentiam egerunt in predicatione ionæ.
et ecce plus quam ionas hic. Regina austri
surget in iudicio cum generatione ista. et
condemnabit eam. quia uenit a finibus terræ
audire sapientiam salomonis. et ecce plus
quam salomon hic. Cum autem immundus
spiritus exierit de homine. ambulat per
loca inaquosa quærens requiem. et non
inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum
meam unde exiui. Et cum uenerit inuenit
eam uacantem scopis mundatam et ornatam.
Tunc uadit et assumit septem alios spiritus
secum nequiores se. et ingressi habitant
ibi. Et fiunt nouissima hominis illius
peiora prioribus. Sic erit et generationi
huic nequissimæ. Adhuc illo loquente ecce
mater eius et fratres stabant foris quærentes
loqui ei. Dixit autem quidam ei.
Ecce mater tua et fratres tui foris stant
quærentes te. At ille respondens dicenti
sibi ait. Quæ est mater mea et qui sunt
fratres mei. Et extendens manum in discipulos
suos dixit. Ecce mater mea et fratres
mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem
patris mei qui in cælis est. ipse meus
frater et soror et mater est.

In illo tempore exiens ihesus de domo
sedebat secus mare. Et congregate sunt ad
eum turbæ multæ. ita ut in nauiculam
ascendens sederet. et omnis turba stabat
in litore. Et locutus est eis multa in
parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat
seminare. Et dum seminat quædam cecidit
secus uiam. et uenerunt uolucres et comederunt

[illegible] Natique sunt heber filii duo. Nomen unum fuit falegi quod in diebus eius divisa sit terra et nomen fratris eius iectan. Qui iectan genuit helmodad et saleth et asarmot et iarc et adiuram et ugal et dela et ebal et abimael et saba et ophir et evila et iobab. Omnes isti filii iectan et facta est habitatio eorum de messa pergentibus usque sephar montem orientalem. Isti sunt filii sem secundum cognationes et linguas et regiones in gentibus suis. Hec familie noe iuxta populos et nationes suas. Ab his divise sunt gentes in terra post diluvium. Erat autem in labium eius et sermonum eorum.

XI

Cumque proficiscerentur de oriente invenerunt campum in terra sennaar et habitaverunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres et coquamus eos igni. Habuerunt quoque lateres pro saxis et bitumen pro cemento. Et dixerunt: Venite faciamus nobis civitatem et turrem cuius culmen pertingat ad celum et celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras. Descendit autem dominus ut videret civitatem et turrem quam edificabant filii adam et dixit: Ecce unus est populus et unum labium omnibus. Ceperunt hoc facere nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere complerent. Venite igitur descendamus et confundamus ibi linguam eorum ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita dixit eos dominus ex illo loco universas terras et cessaverunt edificare civitatem. Et idcirco vocatum est nomen eius babel quia ibi confusum est labium universe terre et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. Hec genera nationes sem. Sem c. erat annorum quando genuit arfaxad biennio post diluvium. Vixitque sem postquam genuit arfaxad quingentos annos et genuit filios et filias. Porro arfaxad vixit xxxv annis et genuit sale. Vixitque arfaxad postquam genuit sale ccc tribus annis et genuit filios et filias. Sale quoque vixit triginta annis et genuit heber. Vixitque sale postquam genuit heber quadringentis tribus annis et genuit filios et filias. Vixit autem heber triginta annis iiii et genuit faleg. Et vixit heber postquam genuit faleg quadringentis triginta annis et genuit filios et filias. Vixit quoque faleg triginta annis et genuit reu. Vixitque faleg postquam genuit reu ducentis novem annis et genuit filios et filias. Vixit autem reu triginta duobus annis et genuit sarue. Vixit quoque reu postquam genuit sarueh ducentis septem annis et genuit filios et filias. Vixit quoque sarueh triginta annis et genuit nachor ducentos annos et genuit filios et filias. Vixit autem nachor viginti novem annis et viginti novem et genuit thare. Vixit autem nachor viginti novem annis. Vixit autem nachor postquam genuit thare centum decem et novem annis et genuit filios et filias. Vixit autem thare septuaginta annis et genuit abram et nachor et aran.

Vixitque sarueh postquam genuit nachor

Hec sunt autem generationes thare. Thare genuit abram et nachor et aran.

Porro aran genuit loth. Mortuus est aran ante thare patrem suum in terra nativitatis sue. Ubi hic chaldeorum. Duxerunt autem abram et nachor uxores. Nomen uxoris abram sarai et nomen uxoris nachor melcha filia aran patris melche et patris iesche. Erat autem sarai sterilis nec habebat liberos. Tulit itaque thare abram filium suum et loth filium aran filium filii sui et eduxit eos de hur chaldeorum ut irent in terram chanaan. Venerunque usque ad aran et habitaverunt ibi. Et facti sunt dies thare ducentorum quinque annorum et mortuus est in aran.

XII

Dixit autem dominus ad abram: Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et vade in terram quam tibi monstravero tibi faciamque te in gentem magnam et benedicam tibi et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum eris que benedictus. Benedicam benedicentibus tibi et maledicam maledicentibus tibi. Atque benedicentur in te. Atque in te benedicentur universe cognationes terre. Egressus est igitur abram sicut preceperat ei dominus et ivit cum eo loth. Septuaginta quinque annorum erat abram cum egrederetur de aran. Tulit quoque sarai uxorem suam et loth filium fratris sui universamque substantiam quam possederant. Et animas quas secerant in aran quas secerant in aran quas et egressi sunt ut irent in terram chanaan. Cumque venissent in eam pertransivit abram usque ad locum sichem usque ad vallem illustrem. Chananeus autem tunc erat in terram.

Apparuitque dominus abram et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Quem edificavit altare domino qui apparuerat ei et invocavit eius. Et inde ingrediens ad montem quem erat contra orientem bethel tetendit ibi tabernaculum suum ab occidentem habens bethel et ab oriente hai. Edificavit quoque ibi altare domino et invocavit nomen eius. Perrexit abram in ceteris et ultra progrediens ad meridiem. Facta est autem fame in terra.

XIII

Descendit abram in egiptum ut peregrinaretur ibi. Prevaluerat enim fames in terra. Cumque prope esset ut ingrederetur egiptum dixit sarai uxori sue: Novi quod pulcra sis mulier et quod cum viderint te egiptii dicturi sunt hec ipsius est et interficient me et te servabunt. Dic ergo obsecro te quod soror mea sis ut bene sit michi propter te et vivat anima mea ob gratiam tui. Cum itaque ingressus esset abram in egiptum viderunt egiptii mulierem quod esset pulcra nimis et nuntiaverunt principes faraoni et laudaverunt eam apud illum et sublata est mulier in domum pharaonis. Abram vero bene usi sunt propter illam fuerunt quoque ei oves et boves et asini et servi et familie et camelie. Flagellavit autem dominus Faraonem plagis maximis et domum eius propter

XII

XIII

XIV

XV

XVI

XVII

XVII

XVIII

XVIIII

dicam et angelo multiplicabo semen tuum sicut
stellas celi et quasi harenam que est ad
ripam maris possidebit semen tuum portas
inimicorum suorum benedicentur in semine tuo
omnes gentes terre quia obedisti voci mee
Reversus est igitur abraham ad pueros suos
et abierunt simul in bersabee habitavitque
ibi Factum est autem post hec ut temptaret
deus abraham et diceret ei abraham at ille
respondit ecce ego Tolle inquit filium tuum
unigenitum quem diligis isaac et vade in
terram visionis atque offer eum ibi holocaustum
super unum montium quem monstrabo tibi
Consurgens abraham mane stravit asinum suum
duxitque secum duos iuvenes et isaac filium suum
cumque concidisset ligna in holocaustum abiit
ad locum quem preceperat ei deus die autem
tertio elevatis oculis vidit locum procul
dixitque ad pueros suos expectate hic cum asino
ego et puer usque illuc festinantes postquam
adorare potuerimus revertemur ad vos
Tulit ligna holocausti et imposuit isaac filio suo
ipse vero portabat in manibus ignem et gladium
cumque duo pergerent simul dixit isaac patri suo
pater mi at ille respondit quid vis fili
ecce inquit ignis et ligna ubi est victima
holocausti Dixit abraham deus sibi providebit
victimam filio suo Perrexerunt ergo pariter
et venerunt ad locum quem ostenderat ei deus
in quo edificavit altare et desuper ligna composuit
alligatoque isaac filio suo posuit eum in altari
desuper ligna Extenditque manum et arripuit
gladium ut immolaret filium suo quem ille
respiciens vidit arietem inter vepres cornibus
hesentem quem assumens obtulit holocaustum
pro filio Vocavitque nomen loci illius dominus
videt unde usque hodie dicitur mons dominus
videt Vocavit autem angelus domini abraham
secundo de celo dicens per memetipsum iuravi
dicit dominus quia fecisti hanc rem et non
pepercisti filio tuo unigenito propter me
benedicam tibi et multiplicabo semen tuum
sicut stellas celi et sicut arenam que est
in litore maris possidebit semen tuum portas
inimicorum suorum et benedicentur in semine
tuo omnes gentes terre quia obedisti voci
mee Reversus est abraham ad pueros suos
surrexerunt et abierunt simul ad bersabee
et habitavit ibi Factum est autem post
hec nunciatum est abraham quod et ipsa
peperisset filios nachor fratris sui Hus primogenitum
et buz fratrem eius et camuel patrem syre
et cased et azau et pheldas et iedlaph et
bathuel de quo nata est rebecca octo istos
peperit melcha nachor fratri abraham
Concubina autem eius nomine roma
peperit et ipsa tabee et gaham et thahas
et maacha Sara autem vixit annis centum
viginti septem hi sunt anni vite eius
Et mortua est in cariatharbe que nunc
dicitur hebron in terra chanaan venitque
abraham ut faceret planctum et fleret eam
Cumque steteret coram cadavere filios heth
allocutus est dicens peregrinus et advena
sum apud vos date mihi possessionem sepulchri
vobiscum ut efferam mortuum meum et sepeliam
Responderunt filii heth dicentes ei audi nos
domine princeps dei apud nos in electo
loco sepulchrorum nostrorum sepeli mortuum
tuum nullus prohibere te potest quin in
sepulchro eius mortuum tuum condas
Surrexit abraham et adoravit populum terre
dixitque ad eos si placet animae vestre ut
efferam mortuum meum audite me et
intercedite pro me apud efron filium seor
ut det mihi speluncam duplicem quam habet
in extremo agri sui pecunia condigna tradat
mihi coram vobis possessionem sepulchri
Sedebat autem efron in medio filiorum heth
et respondit abraham audiente populo
universo qui ingrediebantur portam civitatis
dicens Nequaquam ita fiat domine mi sed
magis audi quod dicam tibi agrum do
et speluncam quae in eo est coram filiis
populi mei trado tibi mortuum tuum sepeli
Adoravit abraham coram populo terre
et locutus est ad efron audiente populo
terre Quaeso ut audias me dabo pecuniam
agri recipe et sepeliam mortuum meum
Respondit efron ad abraham dominus mi
audi me terra quae petis inter me et te
quadringenti sicli argenti ponderis quid
est hoc et mortuum tuum sepeli
Intellexit abraham quae dixerat efron
et adpendit pecuniam quam petierat
audiente populo videlicet quadringentos
sicles argenti probatae monetae
publicae usui Et confirmatus est ager efron
qui erat in duplici spelunca contra mambre
tam ipse quam et omnes arbores per
circuitum infra terminos eius abrahae
in possessionem coram filiis heth cunctis
qui ingrediebantur portam civitatis
Et sepelivit abraham sarram uxorem suam
in spelunca agri duplicis contra mambre
quae nunc dicitur hebron in terra chanaan
Et confirmatus est ager et spelunca quae
erat in eo abrahae in possessionem sepulchri
a filiis heth

Ueneruntque duo angeli sodomam vespere
sedente loth iuxta portam eius Quos cum vidisset
surrexit obviam eis et adoravit prone
in terram dixitque Obsecro domini
declinate in domum pueri vestri manete hic
Lavate pedes
vestros mane
prefectique
iter vestrum
dixerunt minime sed in platea manebimus
Compulit illos oratione ut diverterent ad
eum ingressi que domum illius fecerunt convivium
coxerunt azimos panes et comederunt
Verum antequam irent cubitum viri civitatis
domum illius sodomite a puero usque ad senem
omnis populus simul Vocaverunt loth dixerunt
ei ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte
educ illos huc ut cognoscamus eos Egressus
autem loth post ostium ad eos clausit ostium et

Nolite obsecro fratres mei nolite malum hoc facere. Habeo duas filias quae necdum cognoverunt virum. Educam eas, et abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis mihi facere aliquam nolite stulticiam, quia ingressi sunt umbraculum tecti mei. Dixerunt autem alii: Recede illuc. Et rursus: Iste unus intravit ut peregrinus, numquid ut iudex? Te ergo ipsum magis quam hos affligemus. Vimque facientes nimis Loth, prope erat ut fores effringerent. Quos illi extendentes manum suam introduxerunt ad se Loth, et ostium conclusit. Eos autem qui foris erant percusserunt caecitate ab parvulo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent. Dixerunt autem ad Loth: Habes hic quempiam generum aut filios aut filias? omnes quos habes in civitate educ de loco hoc.

Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino qui misit nos ut perdamus eos. Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, et ait: Surgite et egredimini de loco isto, quia delebit Dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui cum eis. Cumque mane esset, compellebant eum angeli dicentes: Surge, tolle uxorem tuam et duas filias quas habes, ne pariter pereas in scelere civitatis. Cunctante illo apprehenderunt manum eius et manum uxoris eius, duarum filiarum eius, eo quod parceret Dominus illi. Cumque eduxissent eum posuerunt extra civitatem. Dixitque ei unus eorum: Salva animam tuam, noli respicere post tergum nec steris in omni regione circa montem. Sed in montem fuge ne forte comprehendaris.

Dixit autem Loth ad eos: Quaeso domine mi quia invenit famulus tuus gratiam coram te, et magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum ut salvares animam meam, nec possum in montem salvari ne forte adprehendat me malum et moriar. Est civitas haec prope ut fugiam ad eam, et parva est valde. Salvabor ibi, et vivet anima mea in illa. Dixitque ad eum: Ecce suscepi faciem tuam in hac quoque re ut non subvertam urbem pro qua locutus es. Festina et salvare ibi, quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc. Propterea vocatum est nomen urbis illius Segor. Egressus est ergo Loth de Segor, et habitavit in monte cum duabus filiabus suis, timuit enim manere in Segor, et habitavit in spelunca ipse et duae filiae eius.

Surgens autem Abraham mane ivit ad locum in quo steterat prius cum Domino, et contra faciem Sodomorum et Gomorrae et universae regionis illius aspexit, vidit que ascendentem fumum terrae quasi fornacis fumum. Cum esset ergo Deus in subvertendis urbibus regionis illius, recordatus Abrahae subvertit urbes in quibus habitaverat Loth. Egressus ergo Loth de Segor mansit in monte duae quoque filiae eius cum eo. Timuerat enim manere in Segor, et habitavit in spelunca ipse et duae filiae eius. Dixit autem maior ad minorem: Pater noster senex est, et nullus remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem universae carnis. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo ut servare possimus ex patre nostro semen. Dederunt ergo patri suo bibere vinum nocte illa, et ingressa maior dormivit cum patre suo. Et non sensit nec quando dormierit filia nec quando surrexerit. Altera autem dixit minori: Ecce dormivi heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, et tu ingredere dormi cum eo ut servare possimus ex patre nostro semen. Dederunt ergo patri suo bibere vinum nocte illa etiam secunda, et ingressa minor dormivit cum eo. Et nec hanc quidem sensit quando dormierit aut quando surrexerit. Concepitque ergo duae filiae Loth de patre suo. Et vocavit maior nomen filii Moab, ipse est pater Moabitarum usque in praesentem diem. Minor quoque vocavit filium suum nomine Ammon, id est filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

Profectus inde Abraham in terram australem habitavit inter Cadesh et Sur, et peregrinatus est in Gerara. Dixit autem de Sara uxore sua: Soror mea est. Misit ergo Abimelech et tollendum curavit. Venit autem ille Deus ad Abimelech per somnium noctis et ait illi: Ecce tu morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim virum. Abimelech autem non tetigerat eam. Ait: Domine, gentem ignorantem et insontem occides? Nonne ipse dixit mihi: Soror mea est? et ipsa ait: Frater meus est? In simplicitate cordis mei et munditia manuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum Deus: Et ego scio quod simplici corde feceris, et ideo custodivi te ne peccares in me, nec dimisi ut tangeres eam. Nunc ergo redde uxorem viro suo, quia propheta est et orabit pro te, et vives. Si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris tu et omnia quae tua sunt. Statim quoque de nocte surgens Abimelech vocavit omnes servos suos et locutus est universa verba haec in auribus eorum. Timuerunt viri nimis, et vocavit Abimelech Abraham et ait ei: Quid fecisti nobis? Quam peccavi in te quia induxisti super me et super regnum meum peccatum magnum? Opera quae non oportuit fieri fecisti nobiscum. Rursusque expostulans ait: Quam ob rem hoc fecisti? Respondit Abraham: Existimabam quod non esset timor Dei omnino in loco isto, et interficerent me propter uxorem meam. Alioquin vere soror mea est filia patris mei, tantum non filia matris meae, et accepi eam uxorem. Postquam

autem cognitum me tuis orationibus patris mei viri ad
ea habitare misericordiam fac mecum tuo
loco atque regione ut dicens q̃ frater
tuus simbolice ignorat abimelec ouesq; abouis
et filios tuos alias ad viram habam. Et cognitur
qui illis iam universis iuramenti fecerunt omnium ob
tura erat in mecha in latere columnarum quod dra
conis erat Summitas autem columnarum quod erat in
gloris basis erat cohaerebat subter basim una
rota habens tres cubitos et semis Tabu
lae autem erant rotae quales solent in curribus fieri
et axes earum et radii et mozoli omnia fusi
lia. Rigam in humeris illi iii. per singulos an
gulos basium et extrema basis fusilis et conte
nti erant in summitate autem basis erat quod duo ro
tunditas unius a dimidio cubiti ita fabre
factum ut lutere desuper possit imponi habens
celaturas suas et sculpturas variae ex se
metipso. Sculpsit quoque in tabulis illis
quae erant ex ere et angulis. Cherubim et leones et pal
mas quasi similitudinem stantis homines ut
non nouo celatum sed appositam pariter intelligerent
Iubar modum fecit. x. bases fusiles una mensura
sculpturam quoque similem fecit quoque lateres. x.
ex aere. quadragintaque batos capiebat lute
unus erat. iii. cubitorum singulos quoque lateres
per singulos. id est decem per singulos bases po
suit et constituit. decem bases. v. ad dexteram pa
rte templi et v. ad sinistram. Mare autem posu
it ad dexteram partem templi contra meridiem ad
orientem. Fecit quoque hiram labetes et scutras
et amulas et perfecit omne opus regi salomonis
in templo domini columnas duas et fun
dos capitellorum super capitella columnarum
duos et retia cela duo ut operirent duos
fundos capitellorum qui erant super capita columnarum
ad analogiam. Quadringenta in duobus retiaculis
duos ordines malogranatorum in retiaculis
singulis ad operiendos fundos capitellorum qui erant
super capita columnarum et bases. x. et lute
res. x. et mare unum et boues. xii. subter mare
et labetes et scutras et amulas Omnia quae fecit hiram
in templo regi salomoni in domo domini ex ere
calcato erant Vestem regis et omnis fuit
ex aere Regis salomon in terra sucoth et sar
tan posuit salomon omnia uasa propter mul
titudinem autem nimia non erat pondus eris
Fecit quoque salomon omnia uasa in domo domini altare
aureum et mensam super quam ponebantur panes propositionis
aureas et candelabra aurea. v. ad
dexteram et v. ad sinistram coram oraculo. Aurum
purissimum et quasi lilia flores et lucernas de
super aureas et forceps aureas et hydrias
et fiscinulas et cyathos et thuribula
ex aurum purissimo et cardines ho
stiorum domus interioris sanctorum sanctorum et hostio
rum domus templi ex auro erant et perfecit

hebat

cesup bases

egressum de terra egypti. & liberauit eum de manu alienigenarum. & inspectu ecclesie tue expandere manus suas in celum dixit. Domine deus israel non est similis tui deus in celo de sursum et super terram deorsum qui custodis pactum et misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te toto corde suo qui custodisti seruo tuo dauid patri meo quecumque locutus es ei. Ore locutus es et manibus perfecisti vt hodie probatur. Nunc igitur domine deus israel custodi seruo tuo dauid patri meo quecumque locutus es ei dicens. Non auferetur de te vir sedens super thronum meum tantummodo si custodierint filii tui viam suam vt ambulent coram me sicut ambulasti coram me. Nunc igitur deus israel firmetur sermo tuus quem locutus es seruo tuo dauid patri meo. Quia vere habitabit deus super terram. Ecce celum et celum celorum te capere non possunt. quanto magis domus hec quam edificaui. Verumtamen respice ad orationem serui tui et ad precem eius domine deus vt audias hymnum et orationem quam seruus tuus orat coram te hodie vt sint oculi tui aperti super domum istam die ac nocte super locum de quo dixisti erit nomen meum ibi vt exaudias orationem quam orabit seruus tuus in loco isto vt exaudias deprecationem serui tui et populi tui israel quecumque deprecati fuerint in loco isto tu audies de loco habitaculi tui de celo et exaudies et propitius eris. Si peccauerit homo in proximum suum et dauerit ei aliquam detestationem quo teneatur astringi execrationi. et ipse uenerit et orauerit coram altari tuo in domo hac tu exaudies de celo et facies iudicium inter seruos tuos condemnans impium et reddens viam suam super caput eius. Iustificansque iustum et retribuens ei secundum iustitiam suam. Si fugiens populus tuus israel inimicis suis quia peccauerint tibi et conuersi confessi fuerint nomen tuum et orauerint et deprecati te fuerint in domo hac tu exaudies de celo et dimittes peccata populi tui israel et reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Quando clausum fuerit celum et non pluet propter peccata eorum si orauerint in loco isto et confessi fuerint nomini tuo et a peccatis suis conuersi fuerint cum afflixeris eos. tu exaudies de celo et dimittes peccata seruorum tuorum populi tui israel cum docueris eos viam bonam qua ambulent et dabis pluuiam super terram tuam quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si orta fuerit in terra. pestilentia. aurugo. uredo. lucusta et bruchus. si afflixerit eum inimicus eius in terra portarum suarum. omnisque plaga et infirmitas fuerit. omnis oratio et deprecatio quecumque facta fuerit ab uniuerso populo tuo israel. quicumque cognouerit plagam cordis sui et expanderit manus suas in domo hac tu exaudies de celo firmamento habitaculi tui propitius eris et reddes unicuique iuxta omnes vias suas quas nouisti cor eius quia tu solus nosti cor omnium filiorum hominum vt timeant te cunctis diebus quibus uixerint super faciem terre quam dedisti patribus nostris. Insuper et alienigena qui non est de populo tuo israel cum uenerit de terra longinqua propter nomen tuum. audient enim omnes populi nomen tuum magnum et manum tuam fortem et brachium tuum extentum. et uenerit et oret in loco isto tu exaudies de habitaculo tuo firmissimo et facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena. vt discant uniuersi populi terre nomen tuum timere sicut populus tuus israel et sciant quod nomen tuum inuocatum sit super templum hoc quod edificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad pugnandum contra inimicos suos per viam qua miseris eos orabunt te contra uiam ciuitatis huius quam elegisti et templi quod edificaui nomini tuo et exaudies de celo orationem eorum et deprecationem eorum et facies iudicium eorum. Quod si peccauerint tibi nec enim homo est qui non peccet et iratus tradideris eos inimicis suis vt in terram hostilem siue longe siue prope captiuos abducant. et egerint pro corde suo in loco ubi captiui tenentur et conuersi te totis uiribus suis in terra captiuitatis in qua ducti fuerint orauerint contra uiam terre sue quam dedisti patribus eorum et ciuitatis quam elegisti et templi quod edificaui nomini tuo exaudies de celo firmamento habitaculi tui orationem eorum et deprecationem eorum et facies iudicium et propitius eris populo tuo qui peccauit tibi et omnibus iniquitatibus eorum quibus prevaricati sunt in te et dabis eos in misericordia coram his qui ceperint eos vt misereantur eis. Quia populus tuus et hereditas tua sunt quos eduxisti de terra egypti de medio fornacis ferree vt sint oculi tui aperti ad deprecationem famuli tui et populi tui israel et exaudias eos quotiescumque inuocauerint te. Tu enim diuisisti eos in hereditatem tibi sicut locutus es per manum moysi famuli tui quando eduxisti patres nostros de egypto domine deus. Factum est autem cum complesset salomon orans hanc orationem et deprecationem coram domino surrexit de conspectu altaris domini. et stetit genua terre tenens manus ad celum. Et stetit et benedixit omni ecclesie israel uoce magna dicens. Benedictus dominus deus israel qui dedit requiem populo suo israel iuxta omnia que locutus est non cecidit ne unum quidem de sermone eius bono quod locutus est per manum moysi famuli sui. Sit dominus deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris non nos deserat neque derelinquat nos inclinet corda nostra ad se vt ambulemus in uiis eius et custodiamus mandata et ceremonias et iudicia quecumque mandauit patribus nostris. Sermones mei isti quibus

expandere

XI

Rex autem Salomon amauit mulieres am-
plas et filiam pharaonis
multas alienigenas moabitidas ammonitidas idumeas
sidonias et hetheas gentibus de quibus dixit dominus
filiis israhel non introibitis ad eas nec ipse ingredientur
ad uos ipsas enim certissime auertent corda uestra ut
sequamini deos earum huic igitur salomon adhesit
amore nimio et habuit uxores quasi reginas septin-
gentas et concubinas trecentas et mulieres eius
deuinxerunt cor eius cumque iam senex esset
et uxores eius cor illius deos alienos secutum
est nec erat perfectum cor eius cum domino deo suo
sicut cor dauid patris eius sequebatur enim salomon
astharen deam sidoniorum et post regem ammon-
itarum idolum abominationis et fecit malum in
conspectu domini nec adimplere uoluit quod
dominus praeceperat ut non sequeretur deos alienos
quod ille custodire noluit

Iratusque dominus salomoni quia
recesserat cor eius a domino deo israhel qui
apparuerat ei bis et praeceperat illi de hac re ut
non sequeretur deos alienos et custodire noluit
quae mandauit ei dixit ergo dominus ad salo-
monem quia habuisti hoc apud te et non custo-
disti pactum meum et praecepta mea quae man-
daui tibi diuidam regnum tuum et dabo illud
seruo tuo uerumtamen non faciam in diebus tuis
propter dauid patrem tuum de manu filii tui
auferam illud dabo autem filio eius unam tribum
propter dauid seruum meum et propter hierusalem
quam elegi

Suscitauitque dominus satanam aduersarium
salomoni adadan idumeum de regio semine
edom qui fuerat princeps militiae abdae
regis edom cum occisis ab eo omnibus masculis
idumeae ascendit enim ioab cum omni exercitu
ad sepeliendos occisos et percussit omne masculinum
in idumea septem enim mensibus ibi morabatur
ioab cum omni exercitu donec interficeret omne
masculinum in idumea fugit autem adad ipse
et uiri idumei de seruis patris eius ut ingrederetur
aegyptum adad uero puer adhuc parua
loquebatur ad patrem suum dimitte me ut
uadam in terram meam dixitque ei pharao
quid tibi apud me deest quod quaeris ad terram
tuam ille respondit nihil mihi omnino deest
sed dimitte me quaeso et abiit

in egyptum



XIII

Vnum tamen ... [illegible]

[illegible]

XIIII

[illegible]

[illegible]

implebat

XIIII

Dixit ieroboam

[illegible]

mundabo

sup

[illegible]

XV

regnante asa rex iuda

[illegible]

XVI

Anno xxiiij regni asa regis iuda regnauit baasa filius
ahias super omnem israhel in thersa. viginti. annis
et fecit malum coram domino. Ambulauit
in uia hieroboam et in peccatis eius quibus peccare
fecit israhel. Anno tercio asa regis iuda regnauit
baasa filius ahias super israhel in thersa. xxiiij annis
et fecit malum coram domino. Dixitque dominus
ad iehu filium hanani contra baasam dicens. Pro
quo exaltauit te de puluere et posui
te principem super populum meum israhel
et tu ambulasti in uia hieroboam et peccare
fecisti populum meum israhel ut ad iracundiam
me prouocares in peccatis eorum ecce ego de
meam posteritatem baasa et posteritatem domus
eius et faciam domui tuae sicut domui hieroboam filii
nabath. Qui mortuus fuerit baasa in ciuitate
mea comedent eum canes et qui mortuus fuerit
ex eo in agro comedent eum uolucres celi. Reliqua autem
sermonum baasa et quaecumque fortia eius
haec scripta sunt in libro uerborum dierum regum israhel. Dormi-
uit autem baasa cum patribus suis et sepultus
est in thersa. Regnauitque ela filius eius pro eo anno
xxvi asa regis iuda regnauit zamri super
israhel in thersa duobus annis. Et
populus erat castris obsessus in gebbethon
quae est ciuitas philistinorum. Audierunt autem
castrensium zamri dicentium coniurauit
contra regem et percussit eum hodie. Omnis
igitur israhel constituit regem super se amri
dux militiae in die illa in castris. Ascendit
autem amri de gebbethon et omnis exercitus
cum eo et obsederunt thersa. Videtque zamri
quod esset capienda ciuitas ingressus
est domum regis et succendit super se
domum regis igni et mortuus est
in incendio peccatorum suorum quae operatus
est malum coram domino et ambulauit
in uia hieroboam et in peccato eius
quod operatus est ut faceret israhel
peccare. Reliqua autem sermonum zamri
et coniuratio eius quae fecit haec scripta
sunt in libro uerborum dierum regum israhel.
In anno xxvij asa regis iuda regnauit
amri super israhel duodecim annis
in thersa. Sex annis regnauit in
gebbethon et sex annis in samaria
emit montem semeron a semer duobus talentis
argenti et aedificauit montem et uocauit
nomen ciuitatis quam aedificauit nomine
semer montis samariae. Et fecit amri malum
coram domino et operatus est nequius
cunctis qui fuerunt ante eum. Ambulauit
enim in omnibus uiis hieroboam filii nabath
et in peccatis eius quibus peccare fecit
israhel ut ad iracundiam prouocaret
dominum deum israhel in idolis suis.
Reliqua autem sermonum amri quae
operatus est et fortitudo eius quam
ostendit nonne haec scripta sunt
in libro uerborum dierum regum israhel.
Dormiuit autem amri cum patribus suis
et sepultus est in samaria. Regnauitque
achab filius eius pro eo anno xxxviij
asa regis iuda regnauit achab filius amri
super israhel in samaria uiginti duobus annis.
Fecit autem achab filius amri malum
coram domino super omnes qui fuerunt
ante eum. Et quasi leue fuisset ei ambulare
in peccatis hieroboam filii nabath duxit
uxorem iezabel filiam ethbaal regis sidoniorum
et abiit et seruiuit baal et adorauit eum
et erexit aram domui baal quam aedificauit
in samaria. Fecitque achab lucum et addidit
ad irritandum dominum deum israhel
ad omnes reges israhel qui fuerunt
ante eum. In diebus eius aedificauit
hiel bethelites iericho in primogenito suo
abiron fundauit eam et in nouissimo
liberis suis statuit portas eius iuxta
sermonem domini quem locutus est
in manu iosue filii nun. Et erat
ei iericho ciuitas palmarum. Et
dixit helias thesbites de thesbe galaad
ad achab uiuit dominus deus israhel
in cuius conspectu sto si erit annis
istis ros et pluuia nisi iuxta oris
mei imperium. Factusque est sermo
domini ad eum dicens. Recede hinc
et uade contra orientem et absconde
te in torrente carith qui est contra
iordanem. Et bibes de torrente
corui autem praecipient tibi ut pascant
te illic. Qui abiit et fecit iuxta
uerbum domini et habitauit in torrente
carith qui est contra iordanem.
Et corui ferebant ei panes mane
et uesperi carnes similiter et de torrente
bibebat. Post dies autem aruit torrens
non enim pluerat super terram. Factus
est ergo sermo domini ad eum dicens.
Surge et uade in sarepta sidoniorum
et habita ibi. Ecce praecepi mulieri
uidue ut pascat te illic. Surrexit
ergo et abiit in sarepta. Cumque
uenisset ad portam ciuitatis uidit
mulierem uiduam colligentem ligna
et uocauit eam dixitque ei. Affer
mihi paululum aquae in uase ut bibam.
Et cum illa pergeret ut adferret
clamauit post tergum dicens. Adfer
mihi quaeso et buccellam panis in manu tua.
Quae respondit. Uiuit dominus deus tuus
quia non habeo panem nisi quantum
pugillus capere potest farinae in hydria
et paululum olei in lecythio. Ecce colligo
duo ligna ut ingrediar et faciam
mihi et filio meo cibum quem comedamus
et morimur. Dixitque ad eam helias
noli timere sed uade et fac sicut
dixisti uerumtamen mihi de hac
farina primum panem subcinericium
et adfer ad me. Tibi autem et filio
tuo facies postea. Haec enim dicit
dominus deus israhel. Hydria farinae
non deficiet et lecythium olei non
minuetur usque in diem qua dominus
pluuiam super terram. Quae abiit
et fecit iuxta uerbum heliae et comedit
ipse et mulier eius et domus illius
per dies multos. Farina hydriae non
defecit et oleum lecythii non minuitur
iuxta sermonem domini quem locutus
est in manu heliae. Factum est autem
post uerba haec infirmatus est filius
mulieris dominae domus et crescebat
infirmitas eius nimis ita ut non
remaneret in eo halitus. Dixitque
mulier ad heliam quid mihi et tibi
homo dei ingressus es ad me ut
commemoraretur iniquitas mea
occideretur filius meus. Cui ille
dixit da mihi filium tuum. Qui
tulit eum de sinu illius et ascendit
cenaculum in quo ipse habitabat
et collocauit super lectum suum
et clamauit ad dominum dixit
domine deus meus etiam uiduae
apud quam ego hospitor tribuis
malum ut occidas filium eius.
Et oratione facta ter mensus est
super puerum et inuocauit dominum
dixit domine deus meus reuertatur
quaeso anima pueri huius in uiscera
eius. Et uixit. Exaudiuit dominus
uocem heliae et reuersa est anima
pueri ad uiscera eius et uixit.
Et ait helias. Ecce uiuit filius tuus.
Dixitque mulier ad heliam nunc
scio quia uir dei es et uerbum
domini in ore tuo ueritas est.
Factum est autem post dies multos
uerbum domini ad heliam in anno
tercio dicens. Uade et ostende te
achab et dabo pluuiam super
terram. Abiit ergo helias ut ostenderet
se achab. Fames autem praeualebat
in samaria. Uocauit achab abdiam
qui erat super domum suam. Abdias
autem timebat dominum nimis.
Cumque deleret iezabel prophetas
domini tulit abdias centum uiros
et abscondit eos quinquagenos in
speluncis et pauit eos pane et aqua.
Dixit autem achab ad abdiam uade
et circumeamus fontes aquarum
et torrentes si forte inueniamus
herbam et saluemus equos et mulos
ne pereant omnia animalia. Diuiserunt
sibi uias ut circuirent eas. Abdias
per uiam qua ibat solus inuenit heliam
occurrensque ei adorauit eum
et cognito eo dixit tune es domine
helias meus. Qui respondit ego sum.
Uade et dic domino tuo adest helias.
Quae ait quod peccatum commisi
ego ut tradas seruum tuum in manu
achab interficiendum. Uiuit dominus
deus tuus si est gens aut regnum
quo non miserit dominus meus
quaerens te et dicente illo quod
non sit inuentus adiurauit regnum
et gentem eius quod non inuenerint
te. Et nunc tu dicis uade et dic
domino tuo adest helias. Et
cum abiero a te spiritus domini
auferet te nescientem me ubi
terrarum mittam et ingressus
nuntiauero achab non inueniet
te et interficiet me. Seruus autem
tuus timet dominum a iuuentute
sua. Numquid non indicatum est
domino meo quae fecerim cum
occideret iezabel prophetas domini
quomodo absconderim de prophetis
domini centum uiros quinquagenos
in speluncis et pauerim eos pane
et aqua. Et nunc tu dicis uade
et dic domino tuo adest helias
ut interficiat me. Dixit autem
helias uiuit dominus exercituum
in conspectu cuius sto hodie
ostendam me ei. Abiit ergo abdias
in occursum achab et nuntiauit
ei. Qui uenit achab in occursum
heliae et cum uidisset eum dixit
ei tune es ille qui conturbas
israhel. Qui respondit non ego
turbaui israhel sed tu et domus
patris tui qui dereliquistis mandata
domini et secutus es baalim.
Nunc ergo mitte et congrega ad
me omnem israhel in montem
carmeli prophetas baal quadringentos
quinquaginta et prophetas lucorum
quadringentos qui comedunt de mensa
iezabel. Misit achab ad omnes filios
israhel et congregauit prophetas
in montem carmeli. Accedens autem
helias ad omnem populum dixit
usquequo claudicatis in duas partes
si dominus est deus sequimini eum
si autem baal sequimini illum.
Et non respondit populus uerbum.
Rursumque helias ad populum
dixit ego remansi prophetes domini
solus prophetarum baal. Quadringenti
autem et quinquaginta uiri sunt
mihi dentur ergo nobis duo uituli
et ipsi eligant sibi unum uitulum
et dissecent eum membratim et
imponant lignis subditis ignem
autem non supponant ego faciam
alterum uitulum et imponam ligna
et ignem non subponam. Inuocate
uos nomina deorum uestrorum
et ego inuocabo nomen domini mei
et deus qui exaudierit per ignem
hic sit deus. Respondens omnis
populus aiunt optima petitio est.
Dixit ergo helias ad prophetas baal
uos primi facite quia plures estis
et inuocate nomina deorum uestrorum
ignem autem non subponatis.
Qui tulerunt uitulum et fecerunt
sicut dixerat eis inuocantes nomen
baal a mane usque ad meridiem
et dicentes exaudi nos baal.
Non erat uox neque auditus
qui respondere posset. Et
circumibant altare quod fecerant.
Cumque iam meridies esset inlusit
eis helias et dixit clamate uoce
maiore deus enim est forsitan
loquitur aut in deuersorio est
aut in itinere aut forte dormit
ut excitetur. Clamabant uoce
grandi iuxta ritum suum
et concidebantur cultris et lancibus
donec effunderetur sanguis super eos.
Transierunt autem meridiem et
prophetabant usque ad tempus
quo offerretur sacrificium
et non erat uox neque auditus
nec qui responderet aut exaudiret
precem. Dixit autem helias ad
omnem populum accedite ad me.
Cumque accessisset populus ad eum
sanauit altare domini quod destructum
fuerat. Tulit helias duodecim lapides
iuxta numerum tribuum filiorum
iacob ad quem factus est sermo
domini dicens israhel erit nomen
tuum. Et aedificauit lapidibus altare
in nomine domini fecitque fossam
per circuitum altaris capacem
duarum mensurarum seminis.
Et compositis lignis concidit
uitulum membratim et imposuit
super ligna. Dixitque eis implete
quattuor hydrias aquae et effundite
holocausto et lignis. Et ait
iterate. Qui iterauerunt. Rursum
ait tertio facite. Et tertio fecerunt.
Et discurrebat aqua circa altare
fossamque impleuerat aqua.
Cumque tempus sacrificii esset
accessit helias propheta et dixit
domine deus abraham isaac et israhel
hodie cognoscatur quia tu es deus
in israhel et ego seruus tuus
et in sermone tuo haec omnia
feci. Exaudi me domine exaudi me
ut discat populus iste quia tu es
dominus deus et conuertisti
cor eorum retrorsum. Tunc cecidit
ignis domini et deuorauit holocaustum
et ligna et lapides et puluerem
et aquam quae erat in fossa.
Quod cum uidisset omnis populus
cecidit pronus in facies suas
et dixerunt dominus ipse est deus
dominus ipse est deus. Dixit autem
helias ad eos apprehendite prophetas
baal ne quis ex eis euadat.
Qui apprehenderunt eos et duxit
eos helias ad torrentem cison
et interfecit eos ibi. Dixit autem
helias ad achab ascende comede
et bibe quia sonitus imbris
est copiosus. Ascendit achab
ut comederet et bibit helias
autem ascendit cacumen carmeli
et curuatus posuit faciem suam
super terram et dixit puero suo
ascende et aspice contra mare.
Qui ascendit et aspiciens dixit
non est quicquam. Rursumque
dixit ei reuertere septies.
In septima uice ecce ascendit
nubecula parua quasi uestigium
uiri de mari. Qui ait ascende
et dic achab iunge currum
et descende ne pluuia prohibeat
te. Et factum est dum haec
agerentur tempus uertitur in
nubes et ingens oritur imber
et ascendens achab abiit in
iezrahel. Manus autem domini
fuit super heliam et accinctis
renibus cucurrit ante achab
usque dum ueniret iezrahel.

Ego autem dimisi quae in mea parte media pace
ut essem cum filio meo et iuxta filium meum
fuerunt autem cum regum media pace ari

XVII

XVIII

hoc fauit-Auferum fecit-ſtdo

fugiant dñi

habuitq; pugnabat ipso die cum populo suo
contra eos. et interfecit ex Syris centum
viginti duo milia uirorum.
Surrexit autem rex Israel et percussit equites
et currus et cepit Samariam. Et ascendit Ben-
hadad et fugit in ciuitatem et delitescebat in
cubiculo de cubiculo. Dixerunt autem ei serui
sui. Ecce audiuimus quod reges domus Israel
clementes sint. ponamus quaeso saccos in lumbis
nostris et funes in capitibus nostris et egre-
diamur ad regem Israel si forte saluam faciat
animam tuam. Accinxerunt ergo saccis lumbos
suos et funes posuerunt in capitibus suis et
uenerunt ad regem Israel et dixerunt ei. Ser-
uus tuus Benadad dixit. Obsecro ut uiuat anima
mea. Qui ait. Si adhuc uiuit frater meus ipse
est. Uiri autem illi obseruabant et festinabant
si quo modo ex ore eius hoc uerbum eliceret.
Dixerunt ergo. Frater tuus Benadad. Et ait.
Ite et adducite eum. Egressus est ergo ad eum
Benadad et leuauit eum in currum. Dixitq; ei.
Ciuitates quas tulit pater meus patri tuo reddam
tibi. Et tu habebis plateas in Damasco sicut
habuit pater meus in Samaria. Ego autem in
pactione dimittam te. Pepigit ergo cum eo fe-
dus et dimisit eum. Et ecce quidam filiorum
prophetarum dixit ad proximum suum in ver-
bo domini. Percute me obsecro. Et noluit ille
percutere eum. Dixitq; ad eum. Quia non
obedisti uoci domini. ecce tu recedis a me
et percutiet te leo. Cumq; paululum recessisset
ab eo inuenit alium. Percute me. Cumq; percus-
sisset eum et uulnerasset habitu quo cooperie-
bat se regem. Et ipse abiit et exspectauit eum
in uia mutato habitu. Et transiit rex et clamauit
ad regem. Et ait. Seruus tuus egressus est ad
pugnandum in medio belli. Et ecce quidam
fugiens uenit et adduxit ad me uirum et dixit
mihi. Custodi uirum istum. si aufugerit. erit ani-
ma tua pro anima eius. aut talentum argenti
appendes. Dum autem ego huc illucq; me uerto
fugit. Dixitq; ei rex Israel. Iudicium tuum
ipse iudicasti. Ille festinauit et abstulit pulue-
rem de facie sua. Agnouitq; eum rex quod
unus esset ex prophetis. Et dixit ad eum.
Haec dicit dominus. Quia emisisti uirum
dignum morte de manu tua. erit anima tua pro
anima eius. et populus tuus pro populo illius.
Abiit ergo rex Israel in domum suam ad
uersus et consternatus. et uenit in Samariam.

XXI

Post haec acciderunt in tempore illo. uinea erat
Naboth Iezrahelitae iuxta palatium Achab regis
Samariae. Locutusq; est Achab ad Naboth dicens. Da
mihi uineam tuam ut sit mihi in holus. eo quod sit
uicina domui meae. et dabo tibi pro ea uineam
melioris terrae. si autem hoc non placet tibi. do
tibi pretium quod uales. Dixitq; Naboth ad
Achab. Propitius mihi sit dominus ne dem
hereditatem patrum meorum tibi. Ingressus
est ergo Achab domum suam contristatus et
iratus super uerbo quod locutus fuerat ei Naboth
Iezrahelites et dixerat. Non dabo tibi hereditatem
patrum meorum. Et accubuit in lectulo suo
auertitq; faciem suam et noluit comedere panem.
Ingressa autem ad eum Iezabel uxor sua dixit
ei. Quid sic contristatus est spiritus tuus et
non comedis panem? Dixit ad eam. Quia locutus
sum Naboth Iezrahelitae et dixi ei. Da mihi
uineam tuam pro pecunia. aut si hoc non placet
tibi. uineam pro ea dabo tibi. Qui respondit
non dabo uineam meam tibi. Dixitq; ei Iezabel
uxor eius. Tu nunc sic facis regnum Israel?
Surge et comede panem et laetificetur cor tuum.
Ego dabo tibi uineam Naboth Iezrahelitae.
Scripsit ergo litteras in nomine Achab et
signauit eas annulo eius misitq; ad senes et
optimates qui erant in ciuitate cum eo habi-
tantes Naboth. Litteras autem scripserat in
hunc modum. Praedicate ieiunium et sedere
facite Naboth in capite populi. Et subornate
duos uiros filios belial contra eum. ut testimo-
nium dicant. Blasphemasti deum et regem.
Et educite eum foras et lapidate eum et
moriatur. Fecerunt ciues eius et maiores qui
habitabant in ciuitate cum eo sicut praecepe-
rat eis quae scripserat ad eos in epistola quam
miserat ad eos. Praedicauerunt ieiunium
et sedere fecerunt Naboth in capite populi.
Et uenerunt duo uiri filii belial et sederunt
contra eum. testimoniumq; dixerunt uiri
belial contra Naboth coram populo. dicentes.
Blasphemauit Naboth deum et regem. Et
eduxerunt eum extra ciuitatem et lapidibus
obruerunt eum. Et misit ad Iezabel dicens.
Lapidatus est Naboth et mortuus est. Cumq;
audisset Iezabel quod lapidatus esset Naboth
dixit ad Achab. Surge. posside uineam Naboth
Iezrahelitae quam locutus est tibi ut uenderet
eam pro pecunia. quia non est Naboth uiuus
sed mortuus. Quod cum audisset Achab
surrexit ut iret ad uineam Naboth Iezrahelitae
et possideret eam. Factus est autem sermo
domini ad Heliam Thesbitem dicens. Surge
et descende in occursum Achab regis Israel
qui est in Samaria. Ecce in uinea Naboth descendit
ut possideat eam. Et loqueris ad eum dicens. Haec
dicit dominus. Occidisti insuper et possedisti.
Et rursum loqueris ad eum dicens. Haec dicit
dominus. In loco in quo lapidauerunt canes san-
guinem Naboth. lambent canes sanguinem tuum
etiam tuum. Dixit autem Achab ad Heliam.
Numquid inuenisti me inimicus tuus? Qui
dixit. Inueni. eo quod uenundatus sis ut faceres
malum in conspectu domini. Ecce ego inducam
super te malum. et demetam posteritatem tuam
et interficiam de Achab mingentem ad parietem

in samaria et linxerunt canes sanguinem eius et habenas laverunt iuxta verbum domini quod locutus fuerat. Reliqua autem sermonum ahab et universa que fecit et domus eburnee quam edificavit cunctarumque urbium quas extruxit, nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel? Dormivit ergo ahab cum patribus suis et regnavit ochozias filius eius pro eo. Iosaphat vero filius asa regnare ceperat super iudam anno quarto achab regis israel. Triginta quinque annorum erat cum regnare cepisset, et viginti quinque annis regnavit in ierusalem. Nomen matris eius azuba filia salai. Et ambulavit in omni via asa patris sui et non declinavit ex ea. Fecitque quod rectum erat in conspectu domini. Verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Pacemque habuit iosaphat cum rege israel. Reliqua autem verborum iosaphat et opera eius que gessit et prelia, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Sed et reliquias effeminatorum qui remanserant in diebus asa patris eius abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes in mari que navigarent in ophir propter aurum, et ire non potuerunt quia confracte sunt in asiongaber. Tunc ait ochozias filius achab ad iosaphat: vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit iosaphat. Dormivitque iosaphat cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate david patris sui, regnavitque ioram filius eius pro eo.

Ochozias autem filius achab regnare ceperat super israel in samaria anno septimodecimo iosaphat regis iude, regnavitque super israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu domini, et ambulavit in via patris sui et matris sue, et in via ieroboam filii nabath qui peccare fecit israel. Servivit quoque baal et adoravit eum, et irritavit dominum deum israel iuxta omnia que fecerant patres eius. Prevaricatus est autem moab in israel postquam mortuus

INCIPIT ...

est ahab. Ceciditque ochozias per cancellos cenaculi sui quod habebat in samaria, et egrotavit. Misitque nuntios dicens ad eos: ite, consulite beelzebub deum accaron, utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad heliam thesbiten dicens: surge et ascende in occursum nuntiorum regis samarie, et dices ad eos: numquid non est deus in israel ut eatis ad consulendum beelzebub deum accaron? Quam ob rem hec dicit dominus: de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et abiit helias. Reversique sunt nuntii ad ochoziam. Qui dixit eis: quare reversi estis? At illi responderunt ei: vir occurrit nobis et dixit ad nos: ite et revertimini ad regem qui misit vos, et dicetis ei: hec dicit dominus: numquid quia non erat deus in israel mittis ut consulatur beelzebub deus accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Qui dixit eis: cuius figure et habitus est vir qui occurrit vobis et locutus est verba hec? At illi dixerunt: vir pilosus et zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: helias thesbites est. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum, sedentique in vertice montis ait: homo dei, rex precepit ut descendas. Respondensque helias dixit quinquagenario: si homo dei sum, descendat ignis de celo et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de celo et devoravit eum et quinquaginta qui erant cum eo. Rursum misit ad eum principem quinquagenarium alterum et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: homo dei, hec dicit rex: festina, descende. Respondens helias ait: si homo dei ego sum, descendat ignis de celo et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo et devoravit illum et quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenarium tertium et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset curvavit genua contra heliam et precatus est eum et ait: homo dei, noli despicere animam meam et animas servorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de celo et devoravit duos principes quinquagenarios primos et quinquagenos qui cum eis erant. Sed nunc obsecro ut miserearis anime mee. Locutus est autem angelus domini ad heliam dicens: descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur et descendit cum eo ad regem, et locutus est ei: hec dicit dominus: quia misisti nuntios ad consulendum beelzebub deum accaron, quasi non esset deus in israel a quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Mortuus est ergo iuxta sermonem domini quem locutus est helias, et regnavit ioram frater eius pro eo,

Anno secundo ioram filii iosaphat regis iude; non enim habebat filium. Reliqua autem verborum ochozie que operatus est, nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel?

II

Factum est autem cum levare vellet dominus heliam per turbinem in celum, ibant helias et heliseus de galgalis. Dixitque helias ad heliseum: sede hic, quia dominus misit me usque in bethel. Cui ait heliseus: vivit dominus et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent bethel, egressi sunt filii prophetarum qui erant in bethel ad heliseum, et dixerunt ei: numquid nosti quia hodie dominus tollet dominum tuum a te? Qui respondit: et ego novi, silete. Dixit autem helias ad heliseum: sede hic, quia dominus misit me in iericho. Et ille ait: vivit dominus et vivit anima tua, quia non dereliquam te. Cumque venissent ie-

.iiii. lib.

agrum optimum mittentes singuli lapides repleverunt: et universos fontes aquarum obturaverunt: et omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantum fictiles remanerent: et circumdata est civitas a fundibulariis, et magna ex parte percussa. Quod cum vidisset rex Moab, praevaluisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, ut irrumperent ad regem Edom: et non potuerunt. Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: et facta est indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo, et reversi sunt in terram suam.

IIII

Mulier autem quaedam de uxoribus prophetarum clamabat ad Heliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, et tu nosti quia servus tuus fuit timens Dominum: et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi. Cui dixit Heliseus: Quid vis ut faciam tibi? dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei quo ungar. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Et ingredere, et claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, et filii tui: et mitte inde in omnia vasa haec: et cum plena fuerint, tolles. Ivit itaque mulier, et clausit ostium super se, et super filios suos: illi offerebant vasa, et illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa, et indicavit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo: tu autem et filii tui vivite de reliquo.

Facta est autem quaedam dies, et transibat Heliseus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quae tenuit eum ut comederet panem: cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem. Quae dixit ad virum suum: Animadverto quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cenaculum parvum, et ponamus ei in eo lectulum, et mensam, et sellam, et candelabrum, ut cum venerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quaedam, et veniens divertit in cenaculum, et requievit ibi. Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitidem istam. Qui cum vocasset eam, et illa stetisset coram eo, dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? numquid habes negotium, et vis ut loquar regi, sive principi militiae? Quae respondit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quaeras: filium enim non habet, et vir eius senex est. Praecepit itaque ut vocaret eam: quae cum vocata fuisset, et stetisset ante ostium, dixit ad eam: In tempore isto, et in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli quaeso domine mi vir Dei, noli mentiri ancillae tuae. Et concepit mulier, et peperit filium in tempore, et in hora eadem qua dixerat Heliseus. Crevit autem puer. Et cum esset quaedam dies, et egressus isset ad patrem suum ad messores, ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, et duc eum ad matrem suam. Qui cum tulisset, et duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, et mortuus est. Ascendit autem, et collocavit eum super lectulum hominis Dei, et clausit ostium: et egressa, vocavit virum suum, et ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris, et asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, et revertar. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt kalendae, neque sabbatum. Quae respondit: Vadam. Stravitque asinam, et praecepit puero: Mina, et propera, ne mihi moram facias in eundo: et hoc age quod praecipio tibi. Profecta est igitur, et venit ad virum Dei in montem Carmeli: cumque vidisset eam vir Dei de contra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, et dic ei: Recte ne agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? Quae respondit: Recte. Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: et accessit Giezi ut amoveret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, et Dominus celavit a me, et non indicavit mihi. Quae dixit illi: Numquid petivi filium a domino meo? numquid non dixi tibi: Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, et tolle baculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: et si salutaverit te quispiam, non respondeas illi: et pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait: Vivit Dominus, et vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, et secutus est eam. Giezi autem praecesserat ante eos, et posuerat baculum super faciem pueri, et non erat vox, neque sensus: reversusque est in occursum eius, et nuntiavit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Heliseus domum, et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque clausit ostium super se, et super puerum: et oravit ad Dominum. Et ascendit, et incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, et oculos suos super oculos eius, et manus suas super manus eius: et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri. At ille reversus, deambulavit in domo, semel huc atque illuc: et ascendit, et incubuit super eum: et oscitavit puer septies, aperuitque oculos. At ille vocavit Giezi, et dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quae vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, et corruit ad pedes eius, et adoravit super terram: tulitque filium suum, et egressa est. Et Heliseus reversus est in Galgala. Erat autem fames in terra, et filii prophetarum habitabant coram eo. Dixitque uni de pueris suis: Pone ollam grandem, et coque pulmentum filiis prophetarum. Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes: invenitque quasi vitem silvestrem, et collegit ex ea colocynthidas agri, et implevit pallium suum, et reversus concidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo sociis ut comederent: cumque gustassent de coctione, clamaverunt, dicentes: Mors in olla, vir Dei. Et non potuerunt comedere. At ille: Afferte, inquit, farinam. Cumque tulissent, misit in ollam, et ait: Infunde turbae, ut comedant. Et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla. Vir autem quidam venit de Baalsalisa, deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, et frumentum novum in pera sua. At ille dixit: Da populo, ut comedat. Responditque ei minister eius: Quantum est hoc, ut apponam centum viris? Rursum ille ait: Da populo, ut comedat: haec enim dicit Dominus: Comedent et

et comederunt, et superfuit iuxta verbum Domini.

V

Naaman princeps militiae regis Syriae erat vir magnus apud dominum suum et honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriae: erat autem vir fortis et dives, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, et captivam duxerant de terra Israel puellam parvulam, quae erat in obsequio uxoris Naaman. Quae ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra quam habet. Ingressus itaque Naaman ad dominum suum, nuntiavit ei, dicens: Sic et sic locuta est puella de terra Israel. Dixitque ei rex Syriae: Vade, et mittam litteras ad regem Israel. Qui cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex millia aureos, et decem mutatoria vestimentorum, detulit litteras ad regem Israel in haec verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum a lepra sua. Cumque legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, et ait: Numquid Deus ego sum, ut occidere possim et vivificare, quia iste misit ad me ut curem hominem a lepra sua? animadvertite, et videte quod occasiones quaerat adversum me. Quod cum audisset Heliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, et sciat esse prophetam in Israel. Venit ergo Naaman cum equis et curribus, et stetit ad ostium domus Helisei: misitque ad eum Heliseus nuntium, dicens: Vade, et lavare septies in Iordane, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quod egrederetur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manu sua locum leprae, et curaret me. Numquid non meliores sunt Abana et Pharphar fluvii Damasci omnibus aquis Israel, ut laver in eis, et munder? Cum ergo vertisset se, et abiret indignans, accesserunt ad eum servi sui, et locuti sunt ei: Pater, et si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi: Lavare, et mundaberis? Descendit, et lavit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, et restituta est caro eius, sicut caro pueri parvuli, et mundatus est. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit, et stetit coram eo, et ait: Vere scio quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel: obsecro itaque ut accipias benedictionem a servo tuo. At ille respondit: Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquievit. Dixitque Naaman: Ut vis: sed obsecro, concede mihi servo tuo ut tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est de quo depreceris Dominum pro servo tuo: quando ingredietur dominus meus templum Remmon ut adoret, et illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terrae tempore. Dixitque Giezi puer viri Dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quae attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, et accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cum vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum eius, et ait: Rectene sunt omnia? Et ille ait: Recte. Dominus meus misit me ad te, dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim ex filiis prophetarum: da eis talentum argenti, et vestes mutatorias duplices. Dixitque Naaman: Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, et duplicia vestimenta, et imposuit duobus pueris suis, qui et portaverunt coram eo. Cumque venisset iam vesperi, tulit de manu eorum, et reposuit in domo, dimisitque viros, et abierunt. Ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit Heliseus: Unde venis Giezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quoquam. At ille ait: Nonne cor meum in praesenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, et accepisti vestes ut emas oliveta, et vineas, et oves, et boves, et servos, et ancillas. Sed et lepra Naaman adhaerebit tibi, et semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

VI

Dixerunt autem filii prophetarum ad Heliseum: Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis. Eamus usque ad Iordanem, et tollant singuli de silva materias singulas, ut aedificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et ait unus ex illis: Veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit: Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumque venissent ad Iordanem, caedebant ligna. Accidit autem ut cum unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam: exclamavitque ille, et ait: Heu heu heu domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Praecidit ergo lignum, et misit illuc: natavitque ferrum. Et ait: Tolle. Qui extendit manum, et tulit illud. Rex autem Syriae pugnabat contra Israel, consiliumque iniit cum servis suis, dicens: In loco illo et illo ponamus insidias. Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens: Cave ne transeas in locum illum: quia ibi Syri in insidiis sunt. Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, et praeoccupavit eum, et observavit se ibi non semel neque bis. Conturbatumque est cor regis Syriae pro hac re: et convocatis servis suis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israel? Dixitque unus servorum eius: Nequaquam domine mi rex, sed Heliseus propheta, qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quaecumque locutus fueris in conclavi tuo. Dixitque eis: Ite, et videte ubi sit: ut mittam, et capiam eum. Annuntiaveruntque ei, dicentes: Ecce in Dothan. Misit ergo illuc equos et currus, et robur exercitus: qui cum









[illegible] sancta tecta domus [illegible] tulit ioiada [illegible]
[illegible] foramen [illegible]
[illegible] altare ad dexteram ingredientium
domum. Mittebantque in eo sacerdotes quod [illegible]
[illegible] pecuniam quam deferebant ad templum do-
mini. Cumque viderent nimiam pecuniam esse in gazophilacio
ascenderet scriba regis et pontifex effunderebantque
[illegible] pecuniam quam invenerat in domo domini
[illegible] in sua [illegible] eorum
[illegible] domus domini quam [illegible]
[illegible] lignorum [illegible] in do-
mo domini [illegible] sancta tecta [illegible]
[illegible] lignis et lapidibus [illegible]
[illegible] domus domini [illegible]
[illegible] expensam [illegible] domum [illegible]
[illegible] pecunia [illegible] templi domini
[illegible] thimbula [illegible] omne vas autem
[illegible] pecunia [illegible] templum do-
mini [illegible] templum domini [illegible]
[illegible] templum domini [illegible]
[illegible] pecuniam [illegible]
[illegible] pecuniam [illegible]
[illegible] templum domini [illegible]
[illegible]

Tunc ascendit Azahel rex syrie et pugnabat
[illegible] Geth cepit quod [illegible] faciem suam ut a-
scenderet in Ierusalem. Quam obrem tulit ioias rex
iuda omnia sanctificata quae consecraverunt iosaphat
[illegible] patres eius reges iuda [illegible]
[illegible] templi domini [illegible] regis [illegible] Azahel re-
gis [illegible] Reliqua autem sermonum ioias et
universa quae fecit [illegible] scripta sunt in libro verborum regum
iuda. Surrexerunt autem servi eius et [illegible]
[illegible] percusserunt [illegible] ioias in domo mello [illegible] selaio
[illegible] filius semath et iosabath filius so-
mer [illegible] percusserunt eum [illegible] sepelie-
runt eum cum patribus suis in civitate David. Reg-
navit quoque amasias filius eius pro eo. Anno vicesimo
tertio ioias filii [illegible] regis iuda regnavit ioias filius
ihesu super israel in samaria. Xvii annis et fecit malum
[illegible] peccatum [illegible] filii
[illegible] qui peccare fecit israel [illegible]
[illegible] domini [illegible] tradidit eos in ma-
nu Azahel regis syrie et in manu benadab filii Azahel
[illegible] domini [illegible] domini [illegible]
[illegible] domini [illegible] Vidit enim angus-
tias israel quia attriverat eos rex syrie et tedit domi-
nus israel salvatorem et liberatus est de manu regis syrie
habitaverunt quoque filii israel in tabernaculis suis sicut
heri et nudius tertius. Verumtamen non recesserunt a
peccatis domus [illegible] quae peccare fecit israel in ipsis
ambulaverunt [illegible] lucus permansit [illegible]
[illegible] ioias [illegible] gratia [illegible]
[illegible] Interfecerunt enim eos rex syrie et [illegible]
[illegible] Reliqua autem
sermonum ioias et universa quae fecit et fortitudo
eius [illegible] scripta sunt in libro sermonum dierum

regum israel. Dormivit quoque ioias cum patribus suis
et sepelierunt eum in samaria regnavit quoque ioias filius
eius pro eo. Anno tricesimo [illegible] ioias regis iuda regnavit
[illegible] ioias filius ioias super israel in samaria
[illegible] annis et fecit quod malum est in conspectu domini nec
declinavit ab omnibus peccatis ieroboam filii nabat
qui peccare fecit israel in ipsis ambulavit. Reliqua autem sermonum
ioias et universa quae fecit et fortitudo eius quomodo pu-
gnaverit contra amasiam regem iuda [illegible] scripta sunt in
libro sermonum dierum regum israel. Dormivit ioias cum
patribus suis ieroboam [illegible] super solium eius. Porro
ioias sepultus est in samaria cum regibus israel. Helise-
us autem egrotabat in infirmitate [illegible] mortuus est.
Descendit quoque ad eum rex israel et flebat coram eo dicebat
[illegible] paterni. Currus israel et auriga eius. Ait
illi heliseus. Affer arcum et sagittas. Cumque attulis-
si ad eum arcum et sagittas dixit ad regem israel. Pone manum
tuam super arcum. Cum postulisset ille manum suam super posu-
it heliseus manus suas manibus regis et ait. Aperi fene-
stram orientalem. Cumque aperuisset dixit heliseus. Iacula
sagittam. Et iecit. Ait heliseus. Sagitta salutis domini et
sagitta salutis contra sinam percutiens quoque syriam in afeth do-
nec consumas eam. Et ait. Tolle sagittas. Quicumque tulisset
[illegible] percutiens iaculo terram. Cum percussisset tri-
bus vicibus [illegible] Si
percussisset [illegible] aut sexies [illegible] septies percussisset syri-
am usque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus ne-
percutiens eam.

Mortuus est ergo heliseus et sepelierunt cum latrones
[illegible] Anno [illegible]
[illegible] sepelientes [illegible] inciderunt latrones de
[illegible] Reliqua autem sermonum ioias et universa quae fecit
Afferte dño filij dei. afferte dño filios arietum. Afferte dño gloriam & honorem. afferte domino gloriam nomini eius. Adorate dominum in atrio sancto eius. Vox dñi super aquas deus maiestatis intonuit. dominus super aquas multas. Vox dñi in uirtute. Vox dñi in magnificentia. Vox dñi confringentis cedros. & confringet dominus cedros libani. Et comminuet eos. & quasi uitulum libani. & dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox dñi intercidentis flammam ignis. Vox dñi concutientis desertum. & commouebit dominus desertum cades. Vox dñi preparantis cerua. & reuelauit condensa. & in templo eius omnes dicent gloriam. Dñs diluuium inhabitare facit. & sedebit dominus rex in eternum. Dominus uirtutem populo suo dabit. dñs benedicet populo suo in pace.

Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me. nec delectasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te. & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam. saluasti me ab descendentibus in lacum. Psallite dño sancti eius & confitemini memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius. & uita in uoluntate eius. Ad uesperum demorabitur fletus. & ad matutinum letitia. Ego autem dixi in abundantia mea. non mouebor in eternum. Domine in uoluntate tua. prestitisti decori meo uirtutem. Auertisti faciem tuam a me. & factus sum conturbatus. Ad te dñe

clamabo. et ad dominum meum deprecabor. Que u-
tilitas in sanguine meo. dum descendo in corru-
ptionem. Numquid confitebitur tibi pulvis aut
annuntiabit veritatem tuam. Audivit dominus et mis-
ericordia est mei. dominus factus est adiutor meus. Conver-
sisti planctum meum in gaudium mihi. concidisti saccum
meum. et circumdedisti me letitia. Ut cantet
tibi gloria mea. et non compungar. domine deus meus in eter-
num confitebor tibi.

Iocundo domine speravi non confundar in eternum. in
iustitia tua libera me. Inclina aurem tuam ad
me. accelera ut eruas me. Esto mihi in deum
protectorem. et in domum refugii. ut salvum me
facias. Quoniam fortitudo mea. et refugium meum
es tu. et propter nomen tuum deduces me. et enutries
me. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt
mihi. quoniam tu es protector meus. In manus tuas com-
mendo spiritum meum. redemisti me domine deus veri-
tatis. Odisti observantes vanitates supervacue.
Ego autem in domino speravi. exultabo et letabor in
misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem meam. sal-
vasti de necessitatibus animam meam. Nec conclusisti
me in manus inimici. statuisti in loco spatioso
pedes meos. Miserere mei domine quoniam tribulor. conturba-
tus est in ira oculus meus. anima mea et venter meus.
Quoniam defecit in dolore vita mea. et anni mei
in gemitibus. Infirmata est in paupertate vir-
tus mea. et ossa mea conturbata sunt. Super omnes
inimicos meos factus sum opprobrium vicinis
meis valde. et timor notis meis. Qui vi-
debant me foris fugerunt a me. oblivionem datus
sum tamquam mortuus a corde. Factus sum tamquam
vas perditum. quoniam audivi vituperationem commo-
rantium in circuitu. In eo dum convenirent simul
adversum me. accipere animam meam consiliati sunt.
Ego autem in te speravi domine. dixi deus meus es tu.
in manibus tuis sortes mee. Eripe me de ma-
nu inimicorum meorum. et a persequentibus me. Il-
lustra faciem tuam super servum tuum. salvum me fac
in misericordia tua domine. non confundar quoniam invocavi
te. Erubescant impii et deducantur in infer-
num. muta fiant labia dolosa. Que locun-
tur adversus iustum iniquitatem. in superbia. et in
abusione. Quam magna multitudo dulce-
dinis tue domine. quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis qui sperant in te. in conspectu filiorum
hominum. Abscondes eos in abscondito faciei
tue. a conturbatione hominum. Proteges eos in
tabernaculo tuo. a contradictione linguarum. Benedic-
tus dominus. quoniam mirificavit misericordiam suam mihi. in civi-
tate munita. Ego autem dixi in excessu mentis
mee. proiectus sum a facie oculorum tuorum. Ideo
exaudisti vocem orationis mee. dum clamarem ad
te. Diligite dominum omnes sancti eius. quoniam veritatem re-
quiret dominus. et retribuet habundanter faci-
entibus superbiam. Viriliter agite. et confortetur
cor vestrum omnes qui speratis in domino.

Beati quorum remisse sunt iniquitates. et quorum
tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputa-
vit dominus peccatum. nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui
invetuerunt ossa mea. dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua. conver-
sus sum in erumpna dum confringitur spina. De-
lictum meum cognitum tibi feci. et iniustitiam meam non
abscondi. Dixi confitebor adversum me iniustitiam
meam domino. et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus. in tempore opportuno.
Verumtamen in diluvio aquarum multarum. ad eum
non approximabunt. Tu es refugium meum
a tribulatione que circumdedit me. exultatio mea eru-
e me. a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo
et instruam te. in via hac qua gradieris. firma-
bo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus
et mulus quibus non est intellectus. In chamo et
freno maxillas eorum constringes qui non appro-
ximant ad te. Multa flagella peccatoris sperantem
autem in domino. misericordia circumdabit. Letamini in do-
mino et exultate iusti. et glorificamini omnes recti cor-
de. Exultate iusti in domino. rectos
decet collaudatio. Confitemini domino in cithara.
in psalterio decem cordarum psallite illi. Can-
tate ei canticum novum bene psallite ei in vocife-
ratione. Quia rectum est verbum domini. et omnia opera eius
in fide. Diligit misericordiam et iudicium. misericordia domini ple-
na est terra. Verbo domini celi firmati sunt. et spi-
ritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in vitre
aquas maris. ponens in thesauris abyssos.
Timeat dominum omnis terra. ab eo autem commoveantur
omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit et facta sunt. ipse
mandavit et creata sunt. Dominus dissipat consilia
gentium. reprobat autem cogitationes populorum. et rep-
robat consilia principum. Consilia autem domini in eter-
num manent. cogitationes cordis eius generatione et
generatione. Beata gens cui est dominus deus eius. propter
quem elegit in hereditatem sibi. De celo prospexit
dominus. vidit omnes filios hominum. De preparato habita-
culo suo. respexit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit singillatim corda eorum. qui non intel-
ligit omnia opera eorum. Non salvatur rex per
multam virtutem. et gigas non salvabitur in multi-
tudine virtutis sue. Fallax equus ad salu-
tem. in habundantia autem virtutis sue non sal-
vabitur. Ecce oculi domini super metuentes eum.
et in eis qui sperant super misericordia eius. Et eruat a mor-
te animas eorum. et alat eos in fame. Anima nostra
sustinet dominum. quoniam adiutor et protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrum. et in nomine sancto
eius speravimus. Fiat domine misericordia tua super nos quem-
admodum speravimus in te.

Benedicam dominum in omni tempore. semper laus eius in ore
meo. In domino laudabitur anima mea. au-
diant mansueti et letentur. Magnifica-
te dominum mecum. et exaltemus nomen eius in id-
ipsum. Exquisivi dominum et exaudivit me. et ex

omib; tribulationib; meo eripuit me. Accessi
te ad eum & illuminamini. & facies uře nō
confundentur. Iste pauper clamauit & dñs exau
diuit eū. & ex omnib; ei saluauit eū. In
mittet angel dñi in circuitu timentiū eū. &
eripiet eos. Gustate & uidete quā suauis est dñs.
beat uir q sperat in eo. Timete dñm oēs sči eius
quoniā nō est inopia timentib; eum. Diuites egue
rūt & esurierūt. inquirentes aut dñm. nō minu
entur omi bono. Venite filij audite me.
timorē dñi docebo uos. Quis est hō qui uult
uitā. cupit inde dies bonos. Prohibe lin
guam tuā a malo. & labia tua ne loquant
dolum. Recede a malo & fac bonū. inquire
pacē & persequere eam. Oculi dñi sup iustos
& aures eius ad preces eoz. Vultus aut dñi sup
facientes mala. ut perdat de terra memoria
eoz. Clamauerūt iusti & dñs exaudiuit eos.
& ex omnib; tribulationib; eoz liberauit eos. Iux
ta est dñs his qui tribulato sunt corde. & humiles
spū saluabit. Multe tribulationes iusto
rum & ex omnib; his liberabit eos dñs. Custodit dñs
omnia ossa eoz. unum ex his non conteretur.
Mors peccatoz pessima. & qui oderūt iustū de
linquent. Redimet dñs animas seruoz suoz. & non
delinquent oēs qui sperant in eo.
Iudica dñe nocentes me. expugna im
pugnantes me. Apprehende arma & scutū.
& exurge in adiutoriū mihi. Effunde frameā
& conclude aduersus eos q persequunt me. dic aīe
mee salus tua ego sum. Confundant & ue
reant. quērentes aīā meā. Auertant retro
sum & confundantur. cogitantes mihi mala.
Fiant tāq pulueris ante faciē uenti. angl⁹
dñi coartans eos. Fiat uia eoz tenebre
& lubricū. angl⁹ dñi persequens eos. Quia gratis
absconderunt mihi interitū laqueū sui. sine
causa exprobrauerūt aīā meā. Veniat illi
laqueus quē ignorat. & capio que absconde
rūt apprehendat eum. & in laqueū cadat ipsum. Anima
aut mea exultabit in dño. & delectabitur in
salutari suo. Omnia ossa mea dicent dñe
quis similis tui. Eripiens mope de manu fortio
ris eo. egenum & pauperē a diripientib; eum.
Surgentes testes iniqui q ignorabam interro
gabant me. Retribuebant mihi mala pro
bonis. sterilitatē aīe mee. Ego aut cū mihi
molesti essent. induebar cilicio. humilia
bam in ieunio aīā meā. & oratio mea in
sinu meo conuertebatur. Ego aut sicut mihi mole
sta erat. incedebam. Quasi proximū. & fratrē
nostrū sic placebam. aut lugens & quasi
matre sic contristabar. Ad aduersū me lētati
sunt & congregati sunt. congregabantur
flagella & ignorabam. Dilacerati sunt & non
compūcti. tentauerunt me. subsannatione
irridendo. frenduerūt sup me dentib; suis.
Dñe quando respicies. reuoca aīam meā. a malig
nitate eoz. a leonib; unicā meā. Confitebor
tibi in ecclesia magna. in populo gnti laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui adhuc sunt inimici
qui odierūt me gratis. & nutauerūt oculo. Quia
mihi quidē pacifice loquebantur. & in
tra uerba tēpestatē cogitabant. Et dila
tauerūt sup me os suū. dixerūt euge
euge. uiderūt oculi mei. Vidisti dñe ne si
leas. ne discedas. me. Exurge intende
iudicio meo. deus meus & dñs meus in
causā meā. Iudica me dñe secundū iustitiā tuā. & non
supergaudeant mihi. Ne dicant in cordib; su.
euge. euge aīe nīre. ne dicant deuorauimus
eum. Erubescant & reuereantur simul
qui gratulant malis meis. Induant confu
sione & reuerentia. qui magnificant super me.
Exultent & letentur qui uolunt
iustitiā meā. & dicant semp magnificet dñs.
qui uult pacē serui sui. Et lingua mea me
ditabitur iustitiā tuā. tota die laudē tuā.
Quare mutescit ut deliquat anima mea. nō
dñe ne discedas a me. Deus meus & dñs meus
intende in adiutoriū meū. dñe deus salutis mee.
In conspectu eoz. q odisse eos
me propter te. ne mutiantur inimici mei ad
me. Verbum oris eius me⁹ & dolus. noluit
intelligere. ut bene ageret. Iniqui
tatē meditatus est in cubili suo. astitit oī me
non bene. malitiā mea non odiuit. Dñe in
celo misericordia tua. & ueritas tua usq ad nubes.
Iustitia tua sicut montes dei. iudicia tua
abyssus multa. Homines & iumenta saluabis
dñe. quēadmodū multiplicasti misericordiam tuā
deus. Filij aut hoīm in tegmine alaz tuaz.
Inebriabuntur abundātia domus tue. & torren
te uoluptatis tue potabis eos. Quoniā apud
te est fons uite. & in lumine tuo uidebimus
lumen. Protende misericordiā tuā scientibus te.
& iustitiā tuā his qui recto sunt corde. Non
ueniat mihi pes superbie. & manus peccatoris non
moueat me. Ibi ceciderūt qui operantur
iniquitatē. expulsi sunt & non potuerunt sta
re.
Noli emulari in malignantibus. nec zelaueris
facientes iniquitatē. Quoniā tanq fenū ue
locius arescent. & quemadmodū olera herbaru
cito cadent. Spera in dño & fac bonitatē. & in
habita terrā. & pascēris in diuitijs eius. Dele
ctare in dño. & dabit tibi petitiones cordis
tui. Reuela dño viā tuā. & spera in eo. & ipse
faciet. Et educet tanq lumen iustitiā tuā
& iudicium tuū tanq meridiē. Subditus esto
dño & ora eum. Noli emulari eum qui
prosperatur in via sua. in homine facente iniqui
tates. Desine ab ira & dimitte furorē. noli
emulari ut malignēris. Quoniā qui ma
lignantur exterminabuntur. sustinentes aut
dñm ipsi hereditabunt terrā. Et adhuc pusil

lum ⁊ nō erit peccō. ⁊ erēt loci ei. ⁊ nō inuenec. Manſuetꝰ aūt hereditabūt trā. ⁊ delectabuntur in multitudine pacis. Obſeruabit peccō iuſtū. ⁊ dentes impiorū frendebunt ſup eum dentib; ſuis. Dñs aūt irridebit eum. quia ꝓſpicit q̄ ueniat dies ei. Gladiū euaginauerūt peccō. intenderūt arcū ſuū. ⁊ deiciant paupē ⁊ inopē. ut trucident rectos corde. Gladius eoꝝ intret in corda ipſoꝝ. ⁊ arcus eoꝝ confringatur. Meli⁹ eſt modicū iuſto ſup diuitias peccōꝝ multas. Quia brachia peccōꝝ cōfringent. confirmat aūt iuſtos dñs. Nouit dies immaculatoꝝ. ⁊ hereditas eoꝝ in ēternū erit. Non confundent in tpe malo. ⁊ in diebus fami saturabūt. quia peccōres peribūt. Inimici dñi tanq̄ honorificentia ſaltuū. ⁊ exultātes. deficientes q̄ fumo defecerūt. Mutuabit peccō. ⁊ nō ſoluet. iuſtꝰ aūt miſeretur ⁊ tribuet. Quia benedicentes ei hereditabunt trā. maledicentes aūt ei diſperibunt. Ꝓ dñm gressus hoīs dirigentur. ⁊ uiā ei uolet. Cum ceciderit iuſtus nō collidetur. quia dñs ſuꝑponit manū ſuā. Iuuenis fui. ⁊ etenim ſenui. ⁊ nō uidi iuſtū derelictū. neq; ſemen ei querens panē. Tota die miſeretur. ⁊ cōmodat. ⁊ ſemen illius in benedictione erit. Declina a malo. ⁊ fac bonū. habita in ſeculū ſeculi. Quia dñs amat iudiciū. ⁊ nō derelinquet ſanctos ſuos. In ēternū conſeruabūtur. ⁊ ſemen impioꝝ peribit. Iuſti aūt hereditabunt terrā. ⁊ habitabunt in ſeculū ſeculi ſup eam. Os iuſti meditabit ſapiēciā. ⁊ lingua eius loquet iudicium. Lex dī ei⁹ in corde ipſi⁹. ⁊ nō ſupplantabunt gressus eius. Conſiderat peccō iuſto. ⁊ querit mortificare eum. Dñs aūt nō derelinquet eum in manib; eius. nec dꝫpnabit eū cū iudicabit illum. Expta dñm. ⁊ custodi uiā eius. ⁊ exaltabit te. ⁊ hereditare terrā. cū interierint peccō uidebis. Vidi impiū ſuperexaltatū. ⁊ eleuatum ſicut cedros libani. Et tranſiui. ⁊ ecce nō erat. ⁊ quaſiui eū. ⁊ nō inuentus eſt locus ei. Custodi innocentiā. ⁊ uide equitatē. quia ſunt reliquię uiro pacifico. Iniuſti aūt diſperibunt ſimul. reliquię impioꝝ interibunt. Salus aūt iuſtoꝝ a dño. ⁊ protector eoꝝ in tpe tribulationis. Et adiuuabit eos dñs. ⁊ liberabit eos. ⁊ eruet eos a peccōribus. ⁊ ſaluabit eos. quia ſperauerunt in eo.

Dñe ne in furore tuo arguas me. nec in ira tua corripias me. Quoniā ſagittę tue infixę ſunt mihi. ⁊ confirmaſti ſup me manū tuā. Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue. nō ē pax oſſibus meis a facie peccōrum meoꝝ. Quoniā iniquitates meę ſupergreſſe ſunt caput meū. ſicut onus graue grauate ſunt ſup me. Putrierūt ⁊ corrupte ſunt cicatrices meę a facie inſipiencie mee. Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum uſq; in finē. tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniā lumbi mei implen ſunt illuſionib;. ⁊ nō eſt ſanitas in carne mea. Afflict⁹ ſum ⁊ humiliatus ſum nimis. rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum. ⁊ gemitus meus a te nō eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt. ⁊ delinquit me uirtus mea. ⁊ lumen oculoꝝ meoꝝ. ⁊ ipſum nō eſt mecum. Amici mei. ⁊ proximi mei aduerſum me appropinquauerūt. ⁊ ſteterūt. Et qui iuxta me erant de longe ſteterūt. ⁊ uim faciebant qui querebāt aīam meā. Et qui inquirebāt mala mihi locuti ſunt uanitates. ⁊ dolos tota die meditabantur. Ego aūt tanq̄ ſurdꝰ nō audiebam. ⁊ ſicut mutus nō aperiens os ſuū. Et factus ſum ſicut homo nō audiens. ⁊ nō habens in ore ſuo redargutiones. Quoniā in te dñe ſperaui. tu exaudies dñe deus meus. Quia dixi neq; gaudeant ſuper me inimici mei. ⁊ dum commouentur pedes mei. in me magna locuti ſunt. Quoniā ego in flagella paratus ſum. ⁊ dolor meus in ſpectu meo ſemper. Quoniā iniquitatem meā ego annunciabo. ⁊ cogitabo pro peccato meo. Inimici aūt mei uiuunt. ⁊ confirmati ſunt ſuper me. multiplicati ſunt qui oderūt me iniuſte. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi. quoniā ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me dñe deus meus. ne diſceſſeris a me. Intende in adiutoriū meū. dñe deus ſalutis mee.

Cō fratres ⁊ dñe. ỹa. xx.

Dixi custodiā uias meas. ut non delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodiā. ⁊ cū conſiſteret peccator. abſtinui me a bonis. ⁊ dolor meus renouatus ē. Concaluit cor meū intra me. ⁊ in meditatione mea exardeſcet ignis. Locutus ſū in lingua mea. notum fac mihi dñe finē meū. ⁊ numerum dierū meoꝝ quis ē. ut ſciam quid deſit mihi. Ecce mēſurabiles poſuiſti dies meos. ⁊ ſubſtātia mea tanq̄ nichilū ante te. Verūtamen uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. Verūtamen in imagine pertranſit homo. ⁊ frustra conturbatur. Theſaurizat. ⁊ ignorat cui congregabit ea. Et nunc quę ē expectatio mea nonne dñs. ⁊ ſubſtantia mea apud te ē. Ab omnib; iniquitatib; meis eripe me. obprobrium inſipienti dediſti me. Obmutui ⁊ nō aperui os meū. quoniā tu fe

ille amove ame plagaꝫ tuaꝝ. A fortitudine
manꝰ tue. ego defeci in increpationib. p̄ iniq
ne corripuisti homi. E tabescere me fecisti a
meam aīa ei. uerūtamen uane conturbabitur
omis hō E vanch ormis mei dns. ⁊ dep
catois mee. audiui pp laerimaꝫ meaꝝ. ne
tacueris a me. ne forte discedas a me. ⁊ non
fiam. ostende mihi pp laerimaꝫ meaꝝ. ne
fil eor qm̄ adhesit ea ego sum. ap̄e te. ⁊ pegrin
sicut oēs patres mei. R emitte mihi ⁊ refrigerer
priꝰ quam eā. ⁊ amplius nō ero.

Exspectans exspectaui dnm. ⁊ intendit mihi.
+ exaudiuit preces meas. ⁊ eduxit me de lacu
miserie. ⁊ de luto fecis. E ⁊ statuit sup petrā pe
des meos. ⁊ direxit gressus meos. E ⁊ immisit
in os meū canticū nouū. carmē deo nr̄o. V idē
bunt multi ⁊ timebunt. ⁊ sperabunt in dnō.
Beatus uir cui est nomē dns spes eius. ⁊ non respexit
in uanitates ⁊ insanias falsas. M ultas fe
cisti tu dne deus mirabilia tua. ⁊ cogitatiōes
nibi tuae nō est qui similis ē. P. A nimiam ⁊ lo
cutus sum. multiplicate sunt sup numerē.
Sacrificiū ⁊ oblationē noluisti. aures aut
perfecisti mihi. H olocaustū ⁊ pro peccō nō postulā
sti. tunc dixi ecce uenio. I n capite libri
scriptū ē de me ut faciā uoluntatē tuā. deus meus
lui immedio cordis mei. A nūciaui iustitiā
tuā in ecclesia magna. ecce labia mea nō prohi
bebo dne tu scisti. I ustitiā tuā n̄ abscondi
in corde meo ueritatē tuā ⁊ salutare tuū dixi.
non abscondā misericordiā tuā ⁊ ueritatē tuā. a consilio
multo. T u aut dne ne longe facias miserationes tuas a me
misericordie tue ⁊ ueritates tue semp̄ susceperunt me. Q
circūdederūt me mala quoꝝ
nō est numerus. apprehenderunt me iniquitates mee
⁊ nō potui ut uiderē. M ultiplicate sunt sup
capillos capitis mei. ⁊ cor meū dereliquit me.
Complaceat tibi dne ut eruas me. dne ad adiu
uandū me respice. C onfundantur ⁊ reuere
antur simul. q̄ querūt aīa mea ut auferant eā.
Conturbentur retrorsū ⁊ reuerēntur. q̄ uolunt
mala mihi. A uertant confusionē suā. q̄
dicūt mihi euge euge. E xultent ⁊ letentur
super te oēs querentes te. ⁊ dicant sp magnifi
cetur dns. qui diligunt salutare tuum. E go
aut inopes ⁊ pauper sum. dns sollicitus est mei.
Adiutor meus ⁊ protector meus es tu. deus ne
tardaueris.

Beatus qui intellegit super egenū ⁊ pauperē. in
die mala liberabit eum dns. D ns conser
uet eum. ⁊ uiuificet eū. ⁊ beatū faciat eū in terra.
⁊ non tradat eū in aīam inimicorū eius. D ns opē
ferat illi sup lectū doloris eius. uniuersū stratū
eius uersasti in infirmitate eius. E go dixi dne mi
serere mei. sana aīam meā quia peccaui tibi. I n
imici mei dixerūt mala mihi. quando morietur ⁊
peribit nomē eius. E t si ingrediebatur ut uide
ret uana loquebatur. cor eius congregauit iniquitatē sibi.
egrediebat foras. ⁊ loquebatur in idipsum mala
mihi. A duersum me susurrabant oēs inimici mei.
aduersum me cogitabant. V erbum iniquum statuerunt
aduersum me. numquid qui dormit non adiciet ut resurgat. E t enim ho⁹ pacis mee in q̄ sperauī.
qui edebat panes meos. amplificauit aduersum
me supplantationē. T u aut dne miserere mei
⁊ resuscita me. ⁊ retribuam eis. I n hoc cognoui
quoniam uoluisti me. quia non gaudebit inimicus meus
super me. M e aut propter innocentiam suscepisti. ⁊ confir
masti me in conspectu tuo in eternū. B enedictus dns
deus israhel. a seculo. ⁊ usque in seculum. fiat fiat.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum. ita
desiderat aīa mea ad te deus. S itiuit aīa mea
ad deum fortem uiuum. quando ueniam ⁊ apparebo ante
faciem dei. F uerunt mihi lacrime mee panes die ac
nocte. dum dicitur mihi quotidie ubi est deus tuus. H ec
recordatus sum ⁊ effudi in me aīam meam. quoniam tran
sibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum
dei. I n uoce exultationis ⁊ confessionis sonus epulantis.
quare tristis es aīa mea. ⁊ quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare uul
tus mei deus meus. A d me ipsum aīa mea conturba
ta est propterea memor ero tui de terra iordanis.
⁊ hermonim a monte modico. A byssus abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum. O mnia
excelsa tua. ⁊ fluctus tui super me transierunt. I n die
mandauit dns misericordiam suam. ⁊ nocte canticum ei.
Apud me oratio deo uite mee. dicā deo susceptori
meo et. Quare oblita es mei. ⁊ quare contristatus
incedo. dum affligit me inimicus. D um confringūtur
ossa mea. exprobrauerūt mihi qui tribulant me
inimici mei. D ū dicunt mihi quotidie ubi est deus
tuus. Quare tristis es aīa mea. ⁊ quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutari
uultus mei ⁊ deo meo.

Iudica me deus ⁊ discerne causam meam de gente
non sancta. ab homine iniquo ⁊ dolioso eripe me. Q
tu es deus fortitudo mea. quare me repulisti
⁊ quare tristis incedo. dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam ⁊ ueritatem tuam. ipsa me dedu
cant. ⁊ adducant me in montem sanctum tuum ⁊ in tabernacula
tua. ⁊ introibo ad altare dei. ad deum
qui lętificat iuuentutem meam. C onfitebor
tibi in cithara deus deus meus. quare tristis es anima mea
⁊ quare conturbas me. S pera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare uultus mei ⁊ deo meo.

Deus auribus nr̄is audiuimus. patres nr̄i annun
tiauerunt nobis O pus quod operatus es in diebus
eorum in diebus antiquis. M anus tua gentes dissipauit
⁊ plantasti eos. afflixisti populos ⁊ expulisti eos. N on enim in gladio suo possiderunt
terram. ⁊ brachium eorum non salauabit eos. S ed
dextera tua ⁊ brachium tuum. ⁊ illuminatio uultus tui quoniam complacuisti in eis. T u es ipse
rex meus ⁊ deus meus. qui mandas saluti iacob.
In te inimicos nr̄os uentilabimus cornu. ⁊ in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.



nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Ego dixi. ps̄a. xxxviii.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum. Deus de celo prospexit super filios hominum: ut videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui devorant plebem meam ut cibum panis. Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Quoniam deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus sprevit eos. Quis dabit ex Syon salutare Israel: cum converterit deus captivitatem plebis sue: exultabit Iacob et letabitur Israel.

Deus in nomine tuo salvum me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus adiuvat me: et dominus susceptor est anime mee. Averte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo domine quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.

Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitates: et in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre. Et dixi quis dabit mihi pennas sicut columbe: et volabo et requiescam. Ecce elongavi fugiens: et mansi in solitudine. Expectabam eum qui salvum me fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate. Precipita domine et divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniustitia. Et non defecit de plateis eius: usura et dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem utique. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis: dux meus et notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulavimus cum consensu. Veniat mors super illos: et descendant in infernum viventes. Quoniam nequitie in habitaculis eorum: in medio eorum. Ego autem ad deum clamavi: et dominus salvabit me. Vespere et mane et meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet vocem meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula. Non enim est illis commutatio et non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo. Contaminaverunt testamentum eius divisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquavit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula. Iacta super dominum curam tuam et ipse te enutriet: non dabit in eternum fluctuationem iusto. Tu vero deus deduces eos: in puteum interitus. Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.

Miserere mei deus quoniam conculcavit me homo: tota die impugnans tribulavit me. Conculcaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. In deo laudabo sermones meos in deo speravi: non timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba mea execrabantur: adversum me omnes cogitationes eorum in malum. Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum observabunt. Sicut sustinuerunt animam meam pro nichilo salvos facies illos: in ira populos confringes. Deus vitam meam annunciavi tibi: posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. Sicut et in promissione tua: tunc convertentur inimici mei retrorsum. In quacumque die invocavero te: ecce cognovi quoniam deus meus es. In deo laudabo verbum in domino laudabo sermonem: in deo speravi non timebo quid faciat mihi homo. In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi. Quoniam eripuisti animam meam de morte et pedes meos de lapsu: ut placeam coram deo in lumine viventium.

Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi. Misit de celo et liberavit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Misit deus misericordiam suam et veritatem suam: et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormivi conturbatus. Filii hominum dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acutus. Exaltare super celos deus: et in omnem terram gloria tua. Laqueum paraverunt pedibus meis: et incurvaverunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foveam: et inciderunt in eam. Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psalmum dicam. Exurge gloria mea exurge psalterium et cythara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: et psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est usque ad celos misericordia tua: et usque ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.

Si vere utique iustitiam loquimini: recta iudicate filii hominum. Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestre concinnant. Alienati sunt peccatores a vulva.

ē meme. V erūmn dō ostēdo ei ōpiā
nūmorā suor. ūnēc capillū p̄ambulā
tiū inobedienē. D ūc ē cybalan ḡnūr o
dium ipsūm dmare. V t mengnantur
per mare inlenguine. lingua canū ineo
ex inimicis ab ipō. V iderunt gressus tu
os dē. gressūs dī mi regis mi qui ē in scō.
p̄ueniebant p̄incipes ḡnuerūt psallentibꝫ
in medio iuuenculāe tympanis. I n
ecclīs benedicite dō. dnō ex fontibꝫ isrl. I
bi benjamin adolescentul. in mētis excessu.
P rincipes iuda duces eor. p̄incipes zabulō
p̄incipes neptalim. M anda deus virtuti tue
confirma hoc deus q̄ operat es in nob. A
templo tuo in iherl. offerent reges munera. I
increpa feras harundinis. congregatio taurorꝫ
in vaccis populoꝝ. ut excludant eos q̄ pbā
tū sunt argentū. D ispā gēs q̄ bella uo
lunt. uenient legati exegypto. ethyopia
p̄ueniet manū eius dō. R egna terre cān
tate dō. psallite dō. P sallite dō qui a
scendit sup celū celi. ecce dabit uocē suā. uocē glōie
sup isrl. magnificentia eius. virtus eius in
nubibꝫ. M irabil dē in scīs suis. dē isrl
ipe dabit virtutē. et fortitudinē plebi su
e benedictus dē. Exultauit cō meū in dō. Exp.

PSALMVS

Save me fac dē. quīm intrauerūt
aq. usq ad aiām meā. I n
fixus sum in limo profundi
ni. ē substā. V eni in altitu
dinē maris. et tempestas
demersit me. L aboraui
clamans rauce facte sunt fauces mee. de
fecerūt oculi mei dum spero in dm meū. M ulti
plicati sunt sup capillos capitis mei. qui
oderunt me gratis. C onfortati sunt q̄
persequūtur me. inimici mei iniuste. que
nō rapui tunc exolueb. D ē tu scis mi
cordiā meam. et delicta mea ate nō sunt
abscondita. N on erubescant. time q̄ exul
tent te dēs. dne uirtutū. N on confundā
tur super me. q̄ querūt te dē isrl. Q uōm pro te
sustinui opprobriū. operuit confusio faciē meā.
E xtraneus factus sū fr̄ibꝫ meis. et pegrin⁹
filius matris mee. Q uoniam zelus domus tue comē
dit me. et opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt
sup me. E t operui in ieiunio aiām meā. et
factū est in opprobriū mihi. E t posui uestimē
tum meū cilicium. et factus sum illis in parabolam.
A duersum me qui sedebant in porta. et
psallebant qui bibebant uinū. E go uō
orationē meā ad te dne. tp̄e beneplacitū de
I n multitudine misē tue exaudi me. in
ueritate salutis tue E ripe me de luto ut nō infi
gar. libera me ab hijs qui oderūt me. et de profundis
aquarum ne demergat me tempestas aque. nec
absorbeat me profundū. nec urgeat sup me puteꝰ
os suū. E xaudi me dne qm benigna est mia
ra tua. et multitudine miserationū tuarū respice in
me. et ne auertas faciē tuā a puero tuo. quia tri
bulor. velociter exaudi me. I ntende āie mee
et redime eā. propter inimicos meos eripe me. T u
nosti improperiū meū. et confusionē meā. et reuerentiā
meā. I n conspectu tuo sunt oēs tribulantes
me. improperiū exspectauit cor meū et miseriā.
E t sustinui qui simul contristaret̄ non fuit. et
qui consolaretur non inueni. E t dederunt
in escā meā fel. et in sitim meā potauerūt me aceto.
F iat mensa eorū coram ipsis in laqueū. et in retribu
tiones et in scandalū. O bscurentur oculi eo
rū ne uideant. et dorsū eorū semp incurua. E f
funde sup eos iram tuā. furor ire tue ap̄hendat eos. F iat habitatio eorū deserta. et
in tabernaculis eorū nō sit qui habitet. Q uoniam
quem tu percussisti persecuti sunt. et super dolorem
eorū addiderūt. A pone iniquitatē sup iniquitatē
eorū. et nō intrent in iustitiā tuā. D elean
tur de libro uiuentiū. et cū iustis nō scribantur.
ego sum pauper et dolens. salus tua dē suscep
tor me. L audabo nomē dī mei cū cantico
et magnificabo eū in laude. E t placebit dō
super uitulū nouellū. cornua producentem et un
gulas. V idēnt pauperes et letentur. quere dm
et uiuet aia uestra. Q uoniam exaudiuit pauperes
dnūs. et uinctos suos nō despexit. L audent
illum celi et terra. mare et omnia reptilia eius.
qm deus saluam faciet sion. et edificabuntur
ciuitates iude. E t inhabitabunt ibi. et hereditate acquirent eā. E t semen seruoꝝ ei possi
debit eam. et qui diligunt nomē ei habitabūt
in eo.

D eus adiutorium meū intende. dne ad adiu
uandū me festina. C onfundant̄ et re
uereant̄ q̄ querūt āiām meā. A uertant retro
sum et erubescant qui uolunt mi mala.
A uertantur statim erubescentes qui dicūt
mi euge euge. E xultent et letentur in te oēs qui querunt te. et dicant sp magnifi
cetur dē. qui diligunt salutare tuū. E go
uō egen⁹ et pauper sum. deus adiuua me. A ux
ilium meū. et liberator meus es tu. dne ne mora
ueris. In te dne speraui non confundar
in eternū. in iustitia tua libera me et eripe
me. I nclina aurē tuā ad me et saluum
me fac. E sto mihi in deū protectorē et in locū mu
nitū. ut saluum me facias. Q uoniam firmamen
tum meum. et refugium meum es tu. D eus meus
eripe me de manu peccatoris. et manu
legis agentis iniquitatem. Q uoniam tu es patiē
tia mea dne. dne spes mea ab adolescentia mea.

In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris meae tu es protector meus. In te cantatio mea semper: tamquam prodigium factus sum multis: et tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum. Dicentes Deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: Deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahentes animae meae: operiantur confusione et pudore qui quaerunt mala mihi. Ego autem semper sperabo: et adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annuntiabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum. Quoniam non cognovi litteraturam introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiae tuae solius. Deus docuisti me a iuventute mea: et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Et usque in senectam et senium: Deus ne derelinquas me. Donec annuntiem brachium tuum: generationi omni quae ventura est. Potentiam tuam et iustitiam tuam Deus usque in altissima quae fecisti magnalia: Deus quis similis tibi. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas: et conversus vivificasti me: et de abyssis terrae iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et conversus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus psallam tibi in cithara Sanctus Israel. Exultabunt labia mea cum cantavero tibi: et anima mea quam redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi et reveriti fuerint qui quaerunt mala mihi.

Deus iudicium tuum regi da: et iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iustitia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo: et colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi et salvos faciet filios pauperum: et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam: in generatione et generationem. Descendet sicut pluvia in vellus: et sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes: et inimici eius terram lingent. Reges Tharsis et insulae munera offerent: reges Arabum et Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terrae: omnes gentes servient ei. Quia liberabit pauperem a potente: et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum salvas faciet. Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo. Et vivet et dabitur ei de auro Arabiae: et adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. Et erit firmamentum in terra in summis montium: superextolletur super Libanum fructus eius: et florebunt de civitate sicut foenum terrae. Sit nomen eius benedictum in saecula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Israel: qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum: et replebitur maiestate eius omnis terra: fiat fiat.

Quam bonus Israel Deus: his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelavi super iniquos: pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum: et firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non sunt: et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. Cogitaverunt et locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in caelum os suum: et lingua eorum transivit in terra. Ideo convertetur populus meus hic: et dies pleni invenientur in eis. Et dixerunt quomodo scit Deus: et si est scientia in excelso. Ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo: obtinuerunt divitias. Et dixi ergo sine causa iustificavi cor meum: et lavi inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis. Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi. Existimabam ut cognoscerem hoc: labor est ante me. Donec intrem in sanctuarium Dei: et intelligam in novissimis eorum. Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum allevarentur. Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium Domine: in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quia inflammatum est cor meum et renes mei commutati sunt: et ego ad nihilum redactus sum et nescivi. Ut iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in caelo: et a te quid volui super terram. Defecit caro mea et cor meum: Deus cordis mei et pars mea Deus in aeternum. Quia ecce qui elongant se a te peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhaerere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam. Ut annuntiem omnes praedicationes tuas: in portis filiae Sion.

Ut quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oves pascuae tuae. Memor esto congregationis tuae: quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tuae: mons Sion in quo habitasti in eo. Leva manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solemnitatis tuae. Posuerunt signa sua signa: et non cognoverunt sicut in exitu super summum. Quasi in silva lignorum securibus exciderunt ianuas

ei mirabilia. misericordia et veritas obviaverunt sibi.
Iustitia et pax osculate sunt. veritas de terra orta est.
et iustitia de celo prospexit. Etenim dominus dabit
benignitatem. et terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ponet gressus suos. et ponet in
via passus suos. Domine refugium factus es nobis.
a generatione et progenie. Antequam montes fierent
aut formaretur terra et orbis. et ab seculo et usque
in seculum tu es deus. Ne avertas hominem in
humilitatem. et dixisti convertimini filii hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies
hesterna que pertransiit. et custodia in nocte. Quos
pro nichilo habes eritis mane sicut herba transeunte.
Mane floreat et transeat. vespere decidat indurescat
et arescat. Quia defecimus in ira tua et in furore
tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in
conspectu tuo. seculum nostrum in illuminatione
vultus tui. Quoniam omnes dies nostri transierunt
et in furore tuo defecimus. Anni nostri sicut aranea
meditabuntur. Dies annorum nostrorum in ipsis
septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta
anni. et amplius eorum dolor et contentio. quoniam
supervenit mansuetudo et corripiemur. Quis novit
potestatem ire tue. et prae timore tuo iram tuam
dinumerare. Dextram tuam sic notam fac et eruditos
corde in sapientia. Convertere domine usquequo et
deprecabilis esto super servos tuos. Repleti sumus
mane misericordia tua et exultavimus et delectati
sumus. Pro diebus quibus nos humiliasti. annis
quibus vidimus mala. Respice in servos tuos et in
opera tua. et dirige filios eorum. Et sit splendor
dei nostri super nos. et opera manuum nostrarum
dirige super nos. et opus manuum nostrarum dirige.

Qui habitat in adiutorio altissimi. in protectione dei
celi commorabitur. Dicet domino susceptor meus es
tu et refugium meum. deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium et a
verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi. et sub
pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas
eius. non timebis a timore nocturno. A sagitta
volante in die. a negotio perambulante in tenebris.
A ruina et demonio meridiano. Cadent a latere tuo
mille et decem milia a dextris tuis. ad te autem non
appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis
et retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es
domine spes mea. altissimum posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum. et flagellum non appropinquabit
tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandavit de te.
ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus
portabunt te. nequando offendas ad lapidem pedem
tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis. et
conculcabis leonem et draconem. Quoniam in me
sperabit liberabo eum. protegam eum quoniam cognovit
nomen meum. Invocabit me et ego exaudiam eum.
cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo
eum. Longitudine dierum replebo eum. et ostendam
illi salutare meum.

Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo
altissime. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam
et veritatem tuam per noctem. In decacordo psalterio
cum cantico in cithara. Delectasti me domine in
factura tua. et in operibus manuum tuarum exultabo.
Quam magnificata sunt opera tua domine. nimis
profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non
cognoscet. et stultus non intelleget hec. Cum exorti
fuerint peccatores sicut fenum. et germinaverint omnes
qui operantur iniquitatem. Ut intereant in seculum
seculi. tu autem altissimus in eternum domine. Quoniam
ecce inimici tui domine quoniam ecce peribunt. et
dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et
exaltabitur sicut unicornis cornu meum. et senectus
mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus
inimicos meos. et insurgentes in me malignantes audiet
auris mea. Iustus ut palma florebit. sicut cedrus
libani multiplicabitur. Plantati in domo domini in
atriis domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur
in nativitate pinguescent et erunt. Ut annuntient
quoniam rectus dominus deus meus. et non est iniquitas
in eo.

Dominus regnavit decorem induit. Induit dominus
fortitudinem et precinxit se. Etenim firmavit orbem
terre qui non commovebitur. Parata sedes tua ex tunc.
a seculo tu es. Elevaverunt flumina domine. elevaverunt
flumina vocem suam. Elevaverunt flumina fluctus suos
a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris.
mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia
facta sunt nimis. Domum tuam decet sanctitudo domine
in longitudinem dierum.

Deus ultionum dominus deus ultionum libere egit.
Exaltare qui iudicas terram. redde retributionem
superbis. Usquequo peccatores domine. usquequo
peccatores gloriabuntur. Effabuntur et loquentur
iniquitatem. Loquebantur omnes qui operantur
iniquitatem. Populum tuum domine humiliaverunt.
et hereditatem tuam vexaverunt. Viduam et advenam
interfecerunt. et pupillos occiderunt. Et dixerunt non
videbit dominus. nec intelleget deus iacob. Intelligite
qui insipientes estis in populo. et stulti aliquando
sapite. Qui plantavit aurem non audiet. aut qui finxit
oculum non considerat. Qui corripit gentes non arguet.
qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes
hominum quoniam vane sunt. Beatus homo quem tu
erudieris domine. et de lege tua docueris eum. Ut
mitiges ei a diebus malis. donec fodiatur peccatori
fovea. Quoniam non repellet dominus plebem suam.
et hereditatem suam non derelinquet. Donec iustitia
convertatur in iudicium. et qui iuxta illam omnes qui
recto sunt corde. Quis consurget mihi adversus malignantes.
aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem.
Nisi quia dominus adiutor meus fuit. paulominus habitasset
in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus.
misericordia tua domine adiuvabat me. Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo. consolationes tue
letificaverunt animam meam. Numquid adiungetur tibi
sedes iniquitatis. que fingis laborem in precepto. Captabunt
in animam iusti. et sanguinem innocentem condemnabunt.
Et factus est dominus refugium meum. et deus meus
adiutor spei mee. Et reddet illis iniquitatem ipsorum.
et in malitia eorum disperdet eos. disperdet eos dominus
deus noster.

Venite exultemus domino. iubilemus deo salutari nostro.
Preoccupemus faciem eius in confessione. et in psalmis
iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus. et rex
magnus super omnem terram. Quoniam non repellet
dominus plebem suam. quia in manu eius sunt omnes
fines terre. et altitudines montium ipse conspicit.
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud. et aridam
fundaverunt manus eius. Venite adoremus et procidamus
ante deum. ploremus coram domino qui fecit nos.
Quoniam ipse est dominus deus noster. nos autem
populus eius. et oves pascue eius. Hodie si vocem
eius audieritis nolite obdurare corda vestra. sicut in
exacerbatione secundum diem temptationis in deserto.
Ubi temptaverunt patres vestri. temptaverunt me.
probaverunt me et viderunt opera mea. Quadraginta
annis proximus fui generationi huic. et dixi semper
hi errant corde. Et ipsi non cognoverunt vias meas.
quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam.

Cantate domino canticum novum. cantate domino
omnis terra. Cantate domino et benedicite nomini
eius. Annuntiate de die in diem salutare dei. Narrate
inter gentes gloriam eius. in omnibus populis mirabilia
eius. Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis.
terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii
gentium demonia. dominus autem celos fecit. Confessio
et pulchritudo in conspectu eius. sanctimonia et magnificentia
in sanctificatione eius. Afferte domino patrie
gentium afferte domino gloriam et honorem. afferte
domino gloriam nomini eius. Tollite hostias et introite
in atria eius. adorate dominum in aula sancta eius.
Commoveatur a facie eius omnis terra. dicite in gentibus
quia dominus regnavit. Etenim firmavit orbem terre
qui non commovebitur. Iudicabit populos in equitate.
Letentur celi et exultet terra. commoveatur mare et
plenitudo eius. Gaudebunt campi et omnia que in eis
sunt. Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie
domini quia venit. quia venit iudicare terram. Iudicabit
orbem terre in equitate et populos in veritate sua.

Dominus regnavit exultet terra. letentur insule multe.
Nubes et caligo in circuitu eius. iustitia et iudicium
correctio sedis eius. Ignis ante ipsum precedet. et
inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt
coruscationes eius orbi terre. vidit et commota est
terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini.
a facie domini omnis terre. Annuntiaverunt celi
iustitiam eius. et viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia. et qui
gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes
angeli eius. audivit et letata est sion. Et exultaverunt
filie iudee propter iudicia tua domine. Quoniam tu
dominus altissimus super omnem terram. nimis elevatus
es super omnes deos. Qui diligitis dominum odite
malum. custodit dominus animas sanctorum suorum.
de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto
et rectis corde letitia. Letamini iusti in domino et
confitemini memorie sanctificationis eius.

Cantate domino canticum novum. quia mirabilia fecit.
Salvavit sibi dextera eius et brachium sanctum eius.
Notum fecit dominus salutare suum. ante conspectum
gentium revelavit iustitiam suam. Recordatus est
misericordie sue et veritatis sue domui israel. Viderunt
omnes termini terre salutare dei nostri. Iubilate deo
omnis terra. cantate et exultate et psallite. Psallite
domino in cithara in cithara et voce psalmi. In tubis
ductilibus et voce tube cornee. Iubilate in conspectu
regis domini. Moveatur mare et plenitudo eius. orbis
terrarum et qui habitant in eo. Flumina plaudent
manu simul montes exultabunt. a conspectu domini
quoniam venit. quoniam venit iudicare terram. Iudicabit
orbem terre in iustitia et populos in equitate.

Dominus regnavit irascantur populi. qui sedet super
cherubim. moveatur terra. Dominus in sion magnus
et excelsus est super omnes populos. Confiteantur
nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est.
et honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones.
iudicium et iustitiam in iacob tu fecisti. Exaltate
dominum deum nostrum. et adorate scabellum pedum
eius. quoniam sanctum est. Moyses et aaron in
sacerdotibus eius. et samuel inter eos qui invocant
nomen eius. invocabant dominum et ipse exaudiebat
eos. In columna nubis loquebatur ad eos. custodiebant
testimonia eius. et precepta que dedit illis. Deus
noster tu exaudiebas eos. deus propitius fuisti eis.
et ulciscens in omnes adinventiones eorum. Exaltate
dominum deum nostrum. et adorate in monte sancto
eius. quia sanctus dominus deus noster.

Iubilate deo omnis terra. servite domino in letitia.
Introite in conspectu eius in exultatione. Scitote quia
dominus ipse est deus. ipse fecit nos et non ipsi nos.
populus eius et oves pascue eius. Introite portas eius
in confessione. atria eius in hymnis. confitemini illi.
laudate nomen eius. Quoniam suavis est dominus.
in eternum misericordia eius. et usque in generationem
et generationem veritas eius.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine.
psallam et intelligam in via immaculata. Quando
venies ad me. ambulabam in innocentia cordis mei.
in medio domus mee. Non proponebam ante oculos
meos rem iniquam. facientes prevaricationes odivi.
non adhesit mihi cor pravum. declinantem a me
malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto
proximo suo hunc persequebar. superbo oculo et
insatiabili corde hunc cum eo non edebam. Oculi mei
ad fideles terre ut sedeant mecum. ambulans in via
immaculata hic michi ministrabat. Non habitabit in
medio domus mee qui facit superbiam. qui loquitur
iniquum non direxit in conspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terre.
ut disperderem de civitate domini omnes operantes
iniquitatem.

Domine exaudi orationem meam. et clamor meus ad
te veniat. Non avertas faciem tuam a me. in quacumque
die tribulor. inclina ad me aurem tuam. In quacumque
die invocavero te velociter exaudi me. Quia defecerunt
sicut fumus dies mei. et ossa mea sicut cremium
ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate vobis thesauros in celo, ubi neque erugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt, ipse tenebre quante erunt. Nemo potest duobus dominis servire, aut unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contempnet. Non potestis deo servire et mamone. Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum. Respicite volatilia celi, quoniam non seruunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent. Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperitus est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, deus sic vestit, quanto magis vos minime fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hec omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Querite ergo regnum dei et iustitiam eius et hec omnia adicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum.

VII

Crastinus enim dies solliciti erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. Nolite iudicare, ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini. Et in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo frater sine eiciam festucam de oculo tuo, et ecce trabes est in oculo tuo? Ypocrita eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi disrumpant vos. Petite et dabitur vobis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui querit invenit, et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei, aut si pisces, numquid serpentem porriget ei. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentibus se. Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hec est enim lex et prophete.

Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via que ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via que ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in igne mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit domine domine intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die domine domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo demonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hec et facit ea, assimilabitur viro sapienti qui edificavit domum suam super petram, et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit, fundata enim erat super firmam petram. Et omnis qui audit verba mea hec et non facit ea, similis erit viro stulto, qui edificavit domum suam super arenam. Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina eius magna.

Si quis fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum.

VIII

Et factum est cum consummasset ihesus verba hec, admirabantur turbe super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribe eorum et pharisei. Cum autem descendisset ihesus de monte secute sunt turbe multe. Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine si vis potes me mundare. Et extendens manum ihesus tetigit eum dicens: Volo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus: Vide nemini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio rogans eum et dicens: Domine puer meus iacet paraliticus in domo, et male torquetur. Et ait illi ihesus: Ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, et dico huic vade, et vadit, et alio veni, et venit, et servo meo fac hoc, et facit. Audiens autem hec ihesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis non inveni tantam fidem in israel. Dico autem vobis quod multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum habra

am ysaac mregno edom. filij aũt regni ei
ciuntur intenebras exteriores. ibi erit fletus
& dor dentium. Et dixit ihs centurioni. Vade
sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer
illa hora. Et cum uenisset ihs in domũ petri.
vidit socrum eius iacentem. & febricitantem
& tetigit manum eius. & dimisit eam febris. & surrexit
& ministrabat eis. Vespere aũt facto. obtulerunt
ei multos demonia habentes. & eiciebat spũs uerbo
& omnes male habentes curauit. ut adimpleretur q
dictum est p ysaiam prophetam dicentem. Ipse in
firmitates nostras accepit & egritudines nostras
portauit. Videns aũt ihs multas turbas cir
cum se iussit ire trans fretum. & accedens unus
scribarum ait illi. Magister sequar te quocũq; ieris.
Et dicit ei ihs. Vulpes foueas habent & uolucres
celi nidos filius aũt hois non habet ubi caput reclinet.
Alius aũt discipulorum ei ait illi. Domine
permitte me primum ire & sepelire patrem meum.
Ihs aũt ait illi. Sequere me & dimitte mortuos sepe
lire mortuos suos.

Et ascendente eo in nauiculã secuti sunt
eum discipuli ei. Et ecce motus magnus factus
est in mari. ita ut nauicula operiretur fluctu
bus. ipse aũt dormiebat. Et accesserunt & suscitauerunt
eum dicentes. Domine salua nos perimus. Et
dicit eis. Quid timidi estis modice fidei. Tunc
surgens imperauit uentis & mari. Et facta est tranquillitas
magna. Homines aũt mirati sunt dicentes.
Qualis est hic quia uenti & mare obediunt
ei. Et cum uenisset trans fretum in regionem
gerasenorum. occurrerunt ei duo habentes de
monia de monumentis exeuntes seuissimi. ita ut nemo
posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt
dicentes. Quid nobis & tibi ihu fili dei. uenisti
ante tempus torquere nos. Erat aũt procul ab
illis grex porcorum multorum pascens. Demones aũt
rogabant eum dicentes. Si eicis nos mittes nos in gregem porco
rum. Et ait illis. Ite. Illi aũt exeuntes. abierunt in porcos. Et ecce impe
tu abiit totus grex per præceps in mare. & mortui
sunt in aquis. Pastores aũt fugerunt. & uenientes in ciuitatem nunciauerunt omnia. & de
his qui demonia habebant. Et ecce tota ci
uitas exiit obuiam ihu. & uiso eo rogabant
ut transiret a finibus eorum.

Et ascendens nauiculam transfretauit
& uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant
ei paralyticum in lecto iacentem. videns aũt
ihs fidem illorum dixit paralytico. Confide fili re
mittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã de scri
bis dixerunt intra se hic blasphemat. Et cũ
videsset ihs cogitationes eorum dixit. ut quid
cogitatis mala in cordibus uestris. Quid est
facilius dicere. dimittuntur tibi peccata aut dicere
surge & ambula. ut aũt sciatis quia filius
hois habet potestatem in terra dimittendi peccata. Tunc
ait paralytico. Surge tolle lectum tuum & ua
in domum tuam. Et surrexit & abiit in domum
suam. Videntes aũt turbe timuerũt & glorifi
cauerunt deum qui dedit potestatem talem hoibus. Et
cum transiret ihs inde uidit hominem sedentem in
theloneo matheum nomine. & ait illi sequere me.
Et surgens secutus est eum. Et factum est discũ
bente eo in domo. ecce multi publicani & pec
catores uenientes discumbebant cum ihu & discipu
lis eius. Et uidentes pharisei dicebant discipu
lis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester. At ihs audiens au
tem dixit non egent sani medico sed male habentibus. Et
euntes aũt discite quid est misericordiam uolo & non sacrifi
cium. Non enim uenit uocare iustos sed peccatores
ad penitentiam. Tunc accesserunt ad eum discipuli ioh
nis dicentes. Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter. di
scipuli aũt tui non ieiunant. Et ait illis ihs.
Numquid possunt filij sponsi lugere quam
diu cum illis est sponsus. Venient aũt dies cũ
auferetur ab eis sponsus. & tunc ieiunabunt in illo
no aũt immittit quisquam commissuram panni rudis in
uestimentum uetus. Tollit enim plenitudinem eius a uestimento. & peior scissura fit. Neq; mittunt uini
nouum in utres ueteres. Alioquin rumpuntur utres
& uinum effunditur. & utres pereunt. Sed uinum no
uum in utres nouos mittunt & ambo conseruantur.
Hec illo loquente ecce princeps unus accessit.
& adorabat eum dicens. Domine filia mea modo de
functa est. sed ueni impone manum super eam & uiuet
Et surgens ihs sequebatur eum & discipuli eius.
Et ecce mulier que sanguinis fluxum patie
batur xii. annis. accessit retro & tetigit fimbriã
uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero
tantum fimbriam uestimenti eius salua ero. Et
ihs conuersus & uidens eam dixit. Confide filia fides
tua te saluã fecit. Et salua facta est mulier illa hora.
Et cum uenisset in domum principis & uidisset tibi
cines & turbam tumultuantem dicebat. Re
cedite. Non est mortua puella. sed dormit. Et
deridebant eum. Et cum eiecta esset turba intro
uit tenuit manum eius & surrexit puella. Et
exiit fama hec in uniuersam terram illam. Et transe
untibus inde ihu secuti sunt eum duo cecihabentes & dicentes. Miserere nobis fili dauid. Cum
aũt uenisset domum accesserunt ad eum cecihabentes. Et dicit eis ihs. Creditis quia hoc possum facere uobis.
Dicunt ei utique domine. Tunc tetigit oculos e
orum dicens. Secundum fidem uestram fiat uobis. Et ape
ti sunt oculi eorum. Et comminatus est eis ihs dicens.
Videte ne quis sciat. Illi aũt exeuntes diffa
mauerunt eum in tota terra illa. Ipsis
aũt illis. ecce obtulerunt homini demonium
habentem. Et eiecto demonio locutus est mutus. & admi
rate sunt turbe dicentes. Numquã sic ap
paruit in israel. Pharisei aũt dicebant. In
principe demoniorum eiicit demones. Et cir

eubat aut̃ in ciuitatib⁹ eor⁹. Et ecce mulier cananea a finib⁹ illis
exiit et clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili dauid. filia mea
male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accesserunt
discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam quia clamat post nos.
Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oues que perierunt
domus israel. Ipsa autem uenit et adorauit eum dicens. Domine adiuua me.
Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus.
At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de
mensa dominorum suorum. Tunc respondens ihesus dixit ei. O mulier magna
est fides tua. fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.
Et cum transisset inde ihesus uenit secus mare galilee. Et ascendens in
montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum
claudos. debiles. cecos. mutos. et alios multos. et proiecerunt eos ante
pedes eius. Et curauit eos. Ita ut turba miraretur uidens mutos loquentes.
claudos ambulantes. cecos uidentes. et magnificauerunt deum israel.
Ihesus autem conuocatis discipulis suis ait. Misereor super turbam quia
ecce iam triduo sustinent me. nec habent quod manducent. et dimittere eos
ieiunos nolo ne deficiant in uia. Et discipuli dicunt ei. Unde nobis in
deserto tanta panes ut saturemus turbam tantam. Et ihesus dicit eis.
Quot panes habetis. At illi dixerunt. Septem. et pauca pisciculi. Et
precepit turbe ut discumberent super terram. Et accepit septem panes et
pisces. et gratias agens fregit et dedit discipulis suis. discipuli autem
turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt. Et quod superauit de
fragmentis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem manducantes quattuor
milia hominum exceptis paruulis et mulieribus. Et dimissis turbis ascendit
in nauicula et uenit in fines magedan.

Exiens autem ihesus de domo sedebat secus mare. Et accesserunt ad eum
pharisei et temptantes interrogauerunt eum dicentes. Si licet homini dimittere
uxorem suam quacumque ex causa. Qui respondens ait eis. Non legistis quia
qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos. Et dixit. Propter hoc
dimittet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue. et erunt duo in carne
una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non
separet. Dicunt ei. Quid ergo moyses mandauit dare libellum repudii et
dimittere. Ait illis. Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis
uxores uestras dimittere. ab initio autem non fuit sic. Dico autem uobis
quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit
mechatur. Et qui dimissam duxerit mechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si
sic est causa hominis cum uxore non expedit nubere. Qui ait illis. Non
omnes capiunt uerbum istud sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de
utero matris sue sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui castrati sunt ab
hominibus. Et sunt eunuchi qui castrauerunt semetipsos propter regnum
celorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli ut manus
eis imponeret et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Ihesus autem ait
illis. Sinite paruulos et nolite eos prohibere ad me uenire. talium enim est
regnum celorum. Et cum imposuisset eis manus abiit inde.

Et ecce unus ex principibus accedens ad eum ait illi. Magister bone quid
faciam ut habeam uitam eternam. Ihesus autem dixit ei. Quid me interrogas de
bono. unus est bonus deus. Si autem uis ad uitam ingredi. serua mandata.
Dicit ei. Quecumque. Ihesus autem dixit. Non homicidium facies. non
adulterium facies. non furtum facies. non falsum testimonium dices. honora
patrem et matrem. et diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit ei adolescens.
Omnia hec custodiui a iuuentute mea. quid adhuc mihi deest. Ait illi ihesus.
Si uis perfectus esse uade et uende que habes et da pauperibus et habebis
thesaurum in celo. et ueni sequere me. Audiens autem adolescens uerbum abiit
tristis. erat enim habens multas possessiones. Ihesus autem dixit discipulis
suis. Amen dico uobis quia dyues difficile intrabit in regnum celorum. Et
iterum dico uobis. Facilius est camelum per foramen acus transire quam
diuitem intrare in regnum celorum. Audientes autem discipuli mirabantur
nimis dicentes. Quis ergo potest saluus fieri. Intuitus autem ihesus dixit
illis. Apud homines hoc impossibile est. apud deum autem omnia possibilia
sunt. Tunc respondens petrus ait illi. Ecce nos reliquimus omnia et secuti
sumus te. quid ergo erit nobis. Ihesus autem dixit illis. Amen dico uobis
quod uos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in
sede maiestatis sue sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim
tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut
patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum
accipiet et uitam eternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi. et
nouissimi primi.

Simile est regnum celorum homini patri familias qui exiit primo mane
conducere operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex
denario diurno misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam
uidit alios stantes in foro otiosos. et dixit illis. Ite et uos in uineam
meam. et quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem
exiit circa horam sextam et nonam et fecit similiter. Circa undecimam autem
exiit et inuenit alios stantes et dicit illis. Quid hic statis tota die
otiosi. Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et uos in
uineam meam. Cum autem sero factum esset dicit dominus uineae procuratori
suo. Uoca operarios et redde illis mercedem incipiens a nouissimis usque ad
primos. Cum ergo uenissent qui circa undecimam horam uenerunt singulos
denarios. Uenientes autem et primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi.
et acceperunt singuli denarios. Accipientes autem murmurabant aduersus patrem
familias dicentes. Quia hi nouissimi una hora fecerunt et pares illos nobis
fecisti qui portauimus pondus diei et estus. At ille respondens uni eorum
dixit. Amice non facio tibi iniuriam. nonne ex denario conuenisti mecum.
Tolle quod tuum est et uade. Uolo autem et huic nouissimo dare sicut et tibi.
Aut non licet mihi quod uolo facere. an oculus tuus nequam est quia ego bonus
sum. Sic erunt nouissimi primi et primi nouissimi. Multi enim sunt uocati
pauci uero electi.

Et ascendens ihesus hierosolymam assumpsit duodecim discipulos secreto in
itinere et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam et filius hominis tradetur
principibus sacerdotum et scribis et damnabunt eum morte et tradent eum
gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum et tertia die
resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis
adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid uis. Dicit illi. Dic ut
sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in
regno tuo. Respondens autem ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus sum. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem
quidem meum bibetis. sedere autem ad dexteram meam uel sinistram non est meum
dare uobis sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem indignati
sunt de duobus fratribus. Ihesus autem conuocauit eos dixit. Scitis quia
principes gentium dominantur eorum et qui maiores sunt potestatem exercent in
eos. Non ita erit inter uos. sed quicumque uoluerit inter uos primus esse erit
uester seruus. Et quicumque uoluerit in uobis primus esse erit uester
seruus. Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare et dare
animam suam redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab hiericho
secuta est eum turba multa. Et ecce duo ceci sedentes secus uiam audierunt
quia ihesus transiret et clamauerunt dicentes. Miserere nostri dñe fili dauid.
Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes.
Miserere nostri dñe fili dauid. Et stetit ihesus et uocauit eos et ait.
Quid uultis ut faciam uobis. Dicunt illi. Domine ut aperiantur oculi nostri.
Et misertus eorum ihesus tetigit oculos eorum. Et continuo uiderunt et
secuti sunt eum.

Et cum appropinquassent hierosolymis et uenissent bethphage ad montem
oliueti tunc ihesus misit duos discipulos suos dicens eis. Ite in castellum
quod contra uos est et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea.
Solutos adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dominus
his opus habet et continuo dimittet eos. Hoc autem factum est ut adimpleretur
quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie sion. Ecce rex tuus
uenit tibi mansuetus sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes
autem discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et
pullum et imposuerunt super eos uestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt.
Plurima autem turba straurauit uestimenta sua in uia. Alii autem cedebant
ramos de arboribus et sternebant in uia. Turbe autem que precedebant eum et
que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid. Benedictus qui uenit
in nomine domini. Osanna in excelsis. Et cum intrasset hierosolymam
commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic. Populi autem dicebant.
Hic est ihesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit ihesus in templum dei
et eiciebat omnes uendentes et ementes in templo. Et mensas nummulariorum et
cathedras uendentium columbas euertit. Et ait illis. Scriptum est. Domus mea
domus orationis uocabitur. Uos autem fecistis illam speluncam latronum.
Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo et sanauit eos. Uidentes autem
principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit et pueros clamantes in
templo et dicentes. Osanna filio dauid. indignati sunt et dixerunt ei. Audis
quid isti dicunt. Ihesus autem dixit illis. Utique. Nunquam legistis quia ex
ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis foras abiit
in bethaniam ibique mansit.

Et mane reuertens in ciuitatem esuriit. Et uidens fici unam secus uiam
uenit ad eam et nichil inuenit in ea nisi folia tantum et ait illi. Nunquam
ex te fructus nascatur in sempiternum. Et aruit continuo ficulnea. Et uidentes
discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit ficulnea. Respondens
autem ihesus ait illis. Amen dico uobis si habueritis fidem et non hesitaueritis
non solum de ficulnea facietis sed et si monti huic dixeritis. Tollere et
mittere in mare fiet. Et omnia quecumque petieritis in oratione credentes
accipietis. Et cum uenisset in templum accesserunt ad eum docentem principes
sacerdotum et seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis. et quis
tibi dedit hanc potestatem. Respondens autem ihesus dixit eis. Interrogabo et
ego uos unum sermonem quem si dixeritis mihi et ego dicam uobis in qua
potestate hec facio. Baptismus iohannis unde erat. de celo an ex hominibus.
At illi cogitabant apud se dicentes. Si dixerimus de celo dicet nobis. Quare
ergo non credidistis ei. Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam.
omnes enim habent iohannem sicut prophetam. Et respondentes ihesu dixerunt.
Nescimus. Ait illis et ipse nolo dicere uobis in qua potestate hec facio.
Quid autem uobis uidetur. Homo quidam habuit duos filios et accedens ad
primum dixit. Fili uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens ait.
Nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Et accedens ad alterum dixit
similiter. At ille respondens ait. Eo domine. et non abiit. Quis ex duobus
fecit uoluntatem patris. Dicunt ei. Primus. Dicit illis ihesus. Amen dico
uobis quia publicani et meretrices precedunt uos in regnum dei. Uenit enim ad
uos iohannes in uia iustitie et non credidistis ei. publicani autem et
meretrices credidiserunt ei. Uos autem uidentes nec penitentiam habuistis
postea ut credatis illi. Aliam parabolam audite. Homo erat pater familias qui
plantauit uineam et sepem circumdedit ei et fodit in ea torcular et edificauit
turrim et locauit eam agricolis et peregre profectus est. Cum autem tempus
fructuum appropinquasset misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus
eius. Et agricole apprehensis seruis eius alium ceciderunt alium occiderunt
alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures quam priores et
fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens.
Uerebuntur filium meum. Agricole autem uidentes filium dixerunt intra se.
Hic est heres uenite occidamus eum et habebimus hereditatem eius. Et
apprehendentes eum eiecerunt extra uineam et occiderunt. Cum ergo uenerit
dominus uineae quid faciet agricolis illis. Ait illi. Malos male perdet et
uineam suam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis.
Et ait illis ihesus. Numquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt
edificantes hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud et est
mirabile in oculis nostris. Propterea dico uobis quia auferetur a uobis regnum
dei et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui cadet super lapidem istum
confringetur. super quem autem ceciderit conteret eum. Et cum audissent
principes sacerdotum et pharisei parabolas eius cognouerunt quod de ipsis
diceret. Et quesierunt eum tenere. sed timuerunt turbas quoniam sicut prophetam
illum habebant. Et respondens ihesus iterum dixit in parabolis eis dicens.
Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.
Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias et nolebant uenire. Iterum
misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis ecce prandium meum paraui. tauri
mei et altilia occisa sunt et omnia parata. uenite ad nuptias. Illi autem
neglexerunt abierunt alius quidem in uillam suam alius uero ad negotiationem
suam. Reliqui autem tenuerunt seruos eius et contumeliis affectos occiderunt.
Rex autem cum audisset misit exercitum suum et perdidit homicidas illos et
ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt
sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum et quos
cumque inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias congregauerunt
omnes quos inuenerunt malos et bonos et impletae sunt nuptiae discumbentium.
Intrauit autem rex ut uideret discumbentes et uidit ibi hominem non uestitum
ueste nuptiali et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens uestem
nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus et
pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor
dentium. Multi enim sunt uocati pauci uero electi.

Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt ut caperent eum in sermone. Et
mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister scimus quia
uerax es et uiam dei in ueritate docens et non est tibi cura de aliquo non
enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur licet dare
tributum cesari an non. Ihesus autem cognita nequitia eorum ait. Quid me
temptatis hypocrite. Ostendite mihi numisma tributi. At illi obtulerunt ei
denarium. Et dicit illis. Cuius est imago hec et superscriptio. Dicunt ei.
Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei
deo. Et audientes mirati sunt et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt
ad eum sadducei qui dicunt non esse resurrectionem et interrogauerunt eum
dicentes. Magister moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filios
ducat frater eius uxorem illius et suscitet semen fratri suo. Erant autem
apud nos septem fratres. Et primus uxore ducta defunctus est et non habens
semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius usque
ad septimum. Nouissima autem omnium defuncta est et mulier. In resurrectione
ergo cuius de septem erit uxor. Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem
ihesus dixit eis. Erratis nescientes scripturas neque uirtutem dei. In
resurrectione enim neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in
celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo
dicente. Ego sum deus abraham et deus isaac et deus iacob. Non est deus
mortuorum sed uiuorum. Et audientes turbe mirabantur super doctrina eius.
Pharisei autem audientes quia silentium imposuisset sadducеis conuenerunt in
unum. Et interrogauit unus ex eis legis doctor temptans eum et dicens.
Magister quod est mandatum magnum in lege. Ihesus autem dixit illi. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua.
Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges
proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet et
prophete. Congregatis autem pharisеis interrogauit eos ihesus dicens. Quid
uobis uidetur de christo cuius filius est. Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo
ergo dauid in spiritu uocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo sede
a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo
dauid uocat eum dominum quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei
respondere uerbum neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius
interrogare.

Tunc ihesus turbis et discipulis suis locutus est dicens. Super cathedram
moyses sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint uobis
seruate et facite. secundum opera uero eorum nolite facere. dicunt enim et non
faciunt. Alligant autem onera grauia et importabilia et imponunt in humeros
hominum digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia autem opera sua faciunt ut
uideantur ab hominibus. Dilatant enim fylacteria sua et magnificant
fimbrias. Amant autem primos discubitus in conuiuiis et primas cathedras in
synagogis et salutationes in foro et uocari ab hominibus rabbi. Uos autem nolite
uocari rabbi. Unus enim est magister uester omnes autem uos fratres estis.
Et patrem nolite uocare uobis super terram. Unus enim est pater uester qui in
celis est. Nec uocemini magistri quia magister uester unus est christus.
Qui maior est uestrum erit minister uester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur
et qui se humiliauerit exaltabitur. Ue autem uobis scribe et pharisei
hypocrite quia clauditis regnum celorum ante homines. Uos enim non intratis
nec introeuntes sinitis intrare. Ue uobis scribe et pharisei hypocrite quia
deuoratis domos uiduarum orationes longas orantes. propterea amplius
accipietis iudicium. Ue uobis scribe et pharisei hypocrite quia circuitis
mare et aridam ut faciatis unum proselytum. Et cum fuerit factus facitis eum
filium gehenne duplo quam uos. Ue uobis duces cecy qui dicitis. Quicumque
iurauerit per templum nichil est. Qui autem iurauerit in auro templi debet.
Stulti et cecy. Quid enim maius est aurum an templum quod sanctificat aurum.
Et quicumque iurauerit in altari nichil est. Quicumque autem iurauerit in
munere quod est desuper debet. Cecy. Quid enim maius est munus an altare
quod sanctificat munus. Qui ergo iurat in altari iurat in eo et in omnibus
que super illud sunt. Et qui iurat in templo iurat in illo et in habitante
in eo. Et qui iurat in celo iurat in throno dei et in sedente super eum.
Ue uobis scribe et pharisei hypocrite quia decimatis mentam et anetum et
cyminum et reliquistis que grauiora sunt legis iudicium et misericordiam et
fidem. Hec autem oportuit facere et illa non omittere. Duces cecy excolantes
culicem camelum autem deglutientes. Ue uobis scribe et pharisei hypocrite
quia mundatis quod de foris est calicis et catini. Intus autem pleni estis
rapina et immunditia. Fac primum intus calicem et catinum ut fiat quod foris
est mundum. Ue uobis scribe et pharisei hypocrite quia similes estis
sepulchris dealbatis que foris parent hominibus speciosa. Intus autem plena
sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Sic et uos. Intus quidem
apparetis hominibus iusti. Intus autem plini estis hypocrisi et iniquitate.
Ue uobis scribe et pharisei hypocrite quia edificatis sepulchra prophetarum
et ornatis monumenta iustorum et dicitis. Si fuissemus in diebus patrum
nostrorum non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonium
perhibetis uobismetipsis quod filii estis eorum qui occiderunt prophetas.
Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes genimina uiperarum quomodo
fugietis a iudicio gehenne. Ecce ego mitto ad uos prophetas et sapientes et
scribas. Et ex illis occidetis et crucifigetis et ex eis flagellabitis in
synagogis uestris et persequemini de ciuitate in ciuitatem. Ut ueniat super
uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. a sanguine abel iusti
usque ad sanguinem zacharie filii barachie quem occidistis inter templum et
altare. Amen dico uobis ueniet hec omnia super generationem istam. Ierusalem
ierusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui missi sunt ad te quotiens
uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub
alas et noluisti. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis
non uidebitis me amodo donec dicatis. Benedictus qui uenit in nomine domini.

Et egressus ihesus templum ibat. Et accesserunt discipuli eius ostendere ei
edificationem templi. Ihesus autem dixit illis. Uidetis hec omnia. Amen dico
uobis non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente
autem illo super montem oliueti accesserunt discipuli ad eum secreto dicentes.
Dic nobis quando hec erunt et quod signum aduentus tui et consummationis
seculi. Et respondens ihesus dixit eis. Uidete ne quis uos seducat. Multi enim
uenient in nomine meo dicentes. Ego sum christus et multos seducent. Audituri
autem estis proelia et opiniones proeliorum. Uidete ne turbemini. Oportet enim
hec fieri sed nondum est finis. Surget enim gens contra gentem et regnum
aduersus regnum et erunt pestilentie et fames et terremotus per loca. Hec
autem omnia initia dolorum. Tunc tradent uos in tribulationem et occident uos
et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur
multi et inuicem tradent et odio habebunt se. Et multi pseudoprophete
surgent et seducent multos. Et quoniam habundauit iniquitas refrigescet
caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.
Et predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus
gentibus et tunc ueniet consummatio. Cum ergo uideritis abominationem
desolationis que dicta est a daniele propheta stantem in loco sancto. qui
legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes. Et qui in tecto
non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non reuertatur
tollere tunicam suam. Ue autem grauidis et nutrientibus in illis diebus.
Orate autem ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato. Erit enim tunc
tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi neque fiet. Et nisi breuiati
fuissent dies illi non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur
dies illi. Tunc si quis uobis dixerit. Ecce hic est christus aut illic.
Nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa
magna et prodigia ita ut in errorem inducantur in possibile etiam electi.
Ecce predixi uobis. Si ergo dixerint uobis. Ecce in deserto est. Nolite
exire. Ecce in penetralibus. Nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente
et paret usque in occidentem ita erit et aduentus filii hominis. Ubicumque
fuerit corpus illic congregabuntur et aquile. Statim autem post tribulationem
dierum illorum sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stelle cadent
de celo et uirtutes celorum mouebuntur. Et tunc parebit signum filii hominis
in celo. Et tunc plangent omnes tribus terre et uidebunt filium hominis
uenientem in nubibus celi cum uirtute multa et maiestate. Et mittet angelos
suos cum tuba et uoce magna et congregabunt electos eius a quattuor uentis
a summis celorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem ficus discite
parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata scitis quia prope
est estas. Ita et uos cum uideritis hec omnia scitote quia prope est in
ianuis. Amen dico uobis quia non transibit generatio hec donec omnia fiant.
Celum et terra transibunt uerba autem mea non transibunt. De die autem illa
et hora nemo scit neque angeli celorum nisi solus pater. Sicut autem in
diebus noe ita erit et aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante
diluuium comedentes et bibentes uxores ducentes et nubentes usque ad eum diem
quo intrauit noe in arcam et non cognouerunt donec uenit diluuium et tulit
omnes sic erit et aduentus filii hominis. Tunc duo erunt in agro unus assumetur
et unus relinquetur. Duo molentes in mola una assumetur una et una relinquetur.
Uigilate itaque quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem
scitote quod si sciret paterfamilias qua hora fur uenturus esset uigilaret
utique et non sineret perfodi domum suam. Ideo et uos estote parati quia qua
hora non putatis filius hominis uenturus est. Quis putas est seruus fidelis
et prudens quem constituit dominus super familiam suam ut det illis cibum in
tempore. Beatus ille seruus quem cum uenerit dominus inuenerit sic facientem.
Amen dico uobis super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus
seruus ille in corde suo. Moram facit dominus meus uenire. et cepit percutere
conseruos suos manducet autem et bibat cum ebriosis. ueniet dominus serui illius
in die qua non sperat et hora qua ignorat et diuidet eum partemque eius cum
hypocritis ponet. Ibi erit fletus et stridor dentium.

Tunc simile erit regnum celorum decem uirginibus que accipientes lampades
suas exierunt obuiam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue et
quinque prudentes. Sed fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum
secum. prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Moram
autem faciente sponso dormitauerunt omnes et dormierunt. Media autem nocte
clamor factus est. Ecce sponsus uenit exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes
uirgines ille et ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt.
Date nobis de oleo uestro quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt
prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et uobis ite potius ad
uendentes et emite uobis. Dum autem irent emere uenit sponsus et que parate
erant intrauerunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua. Nouissime autem
ueniunt et reliquae uirgines dicentes. Domine domine aperi nobis. At ille
respondens ait. Amen dico uobis nescio uos. Uigilate itaque quia nescitis
diem neque horam. Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos suos et
tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta alii autem duo alii
uero unum unicuique secundum propriam uirtutem et profectus est statim.
Abiit autem qui quinque talenta acceperat et operatus est in eis et lucratus
est alia quinque. Similiter qui duo lucrum attulit. Qui autem unum acceperat
abiit fodit in terra et abscondit pecuniam domini sui. Post multum autem
temporis uenit dominus seruorum illorum et posuit rationem cum eis. Et
accedens qui quinque talenta acceperat obtulit alia quinque talenta dicens.
Domine quinque talenta tradidisti mihi. ecce alia quinque lucratus sum. Ait
illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui
duo talenta acceperat ait. Domine duo talenta tradidisti mihi. ecce alia duo
lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis quia super
pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium domini tui.
Accedens autem et qui unum talentum acceperat ait. Domine scio quia homo
durus es. metis ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti. Et timens
abii et abscondi talentum tuum in terra. ecce habes quod tuum est. Respondens
autem dominus eius dixit ei. Serue male et piger sciebas quia meto ubi non
seminauerim et congrego ubi non sparserim. Oportuit ergo te mittere pecuniam
meam nummulariis et ego uenissem recepissem utique quod meum est cum usura.
Tollite itaque ab eo talentum et date illi qui habet decem talenta. Omni enim
habenti dabitur et abundabit. ei autem qui non habet et quod uidetur habere
auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Ibi erit
fletus et stridor dentium.

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo
tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes
gentes et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis et
statuet oues quidem a dextris suis hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex
his qui a dextris eius erunt. Uenite benedicti patris mei possidete paratum
uobis regnum a constitutione mundi. Esurui enim et dedistis mihi manducare.
sitiui et dedistis mihi bibere. hospes eram et collegistis me. nudus et
cooperuistis me. infirmus et uisitastis me. in carcere eram et uenistis ad me.
Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quando te uidimus esurientem et
pauimus aut sitientem et dedimus potum. quando autem te uidimus hospitem et
collegimus aut nudum et cooperuimus. aut quando te uidimus infirmum aut in
carcere et uenimus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amen dico uobis
quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis. Tunc dicet
et his qui a sinistris erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui
paratus est diabolo et angelis eius. Esurui enim et non dedistis mihi
manducare. sitiui et non dedistis mihi bibere. hospes eram et non collegistis
me. nudus et non cooperuistis me. infirmus et in carcere et non uisitastis me.
Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes. Domine quando te uidimus esurientem aut
sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere et non
ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis dicens. Amen dico uobis quamdiu non
fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium
eternum. Iusti autem in uitam eternam.

Et factum est cum consummasset ihesus sermones hos omnes dixit discipulis
suis. Scitis quia post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur ut
crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in
atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiphas. Et consilium fecerunt ut
ihesum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem. Non in die festo ne forte
tumultus fieret in populo. Cum autem ihesus esset bethanie in domo simonis
leprosi accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi et effudit
super caput ipsius recumbentis. Uidentes autem discipuli indignati sunt
dicentes. Ut quid perditio hec. Potuit enim istud uenire multo carius et dari
pauperibus. Sciens autem ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri.
Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis uobiscum me
autem non semper habetis. Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum ad
sepeliendum me fecit. Amen dico uobis ubicumque predicatum fuerit hoc
euangelium in toto mundo dicetur et quod fecit hec in memoriam eius. Tunc
abiit unus de duodecim qui dicebatur iudas scariothes ad principes sacerdotum
et ait illis. Quid uultis mihi dare et ego uobis eum tradam. At illi
constituerunt ei triginta denarios. Et exinde querebat opportunitatem ut eum
traderet.

Die autem prima azimorum accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Ubi uis
paremus tibi comedere pascha. Ihesus autem ait. Ite in ciuitatem ad quendam
et dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est. apud te facio pascha cum
discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus et
parauerunt pascha. Uespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis
suis. Et manducantibus illis dixit. Amen dico uobis quia unus uestrum me
traditurus est. Et contristati ualde coeperunt singuli dicere. Numquid ego
sum domine. Qui respondens ait. Qui intingit mecum manum in catino hic me
tradet. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo. Uae autem
homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus homo non
fuisset. Respondens iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum rabbi. Ait
illi. Tu dixisti. Cenantibus autem illis accepit ihesus panem et benedixit ac
fregit deditque discipulis suis et ait. Accipite et comedite. hoc est corpus
meum. Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens. Bibite ex hoc
omnes. hic est enim sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in
remissionem peccatorum. Dico autem uobis non bibam amodo de hoc genimine uitis
usque in diem illum cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. Et
hymno dicto exierunt in montem oliueti. Tunc ihesus dicit illis. Omnes uos
scandalum patiemini in me in nocte ista. Scriptum est enim. Percutiam pastorem
et dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero precedam uos in
galileam. Respondens autem petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint
in te ego nunquam scandalizabor. Ait illi ihesus. Amen dico tibi quia in hac
nocte antequam gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si
oportuerit me mori tecum non te negabo. similiter et omnes discipuli dixerunt.
Tunc uenit ihesus cum illis in uillam que dicitur gethsemani et ait discipulis
suis. Sedete hic donec uadam illuc et orem. Et assumpto petro et duobus filiis
zebedei cepit contristari et moestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima
mea usque ad mortem. sustinete hic et uigilate mecum. Et progressus pusillum
procidit in faciem suam orans et dicens. Pater mi si possibile est transeat a
me calix iste. Uerumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu. Et uenit ad
discipulos suos et inuenit eos dormientes. Et dicit petro. Sic non potuistis
una hora uigilare mecum. Uigilate et orate ut non intretis in temptationem.
Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Iterum secundo abiit et orauit
dicens. Pater mi si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat
uoluntas tua. Et uenit iterum et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum
grauati. Et relictis illis iterum abiit et orauit tertio eundem sermonem
dicens. Et accessit ad discipulos suos et dicit illis. Dormite iam et requiescite.
Ecce appropinquauit hora et filius hominis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce qui me tradet prope est. Adhuc eo loquente ecce iudas
unus de duodecim uenit et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus missi a
principibus sacerdotum et senioribus populi. Dabat autem traditor illius
signum eis dicens. Quem osculatus fuero ipse est tenete eum. Et confestim
accedens ad ihesum dixit. Aue rabbi et osculatus est eum. Ihesus autem dixit
illi. Amice ad quid uenisti. Tunc accesserunt et manus iniecerunt in ihesum et
tenuerunt eum. Et ecce unus de his qui erant cum ihesu extendens manum exemit
gladium suum et percutiens seruum principis sacerdotum amputauit auriculam
eius. Tunc ait illi ihesus. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui
acceperint gladium gladio peribunt. Aut putas quia non possum rogare patrem
meum et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum. Quomodo
ergo implebuntur scripture quia sic oportet fieri. In illa hora dixit ihesus
turbis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me.
Quotidie apud uos sedebam docens in templo et non me tenuistis. Hoc autem
totum factum est ut adimplerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes
relicto eo fugerunt. Qui autem tenuerant ihesum duxerunt eum ad caiphan
principem sacerdotum ubi scribe et seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur
eum a longe usque in atrium principis sacerdotum et introiens intus sedebat
cum ministris ut uideret finem. Principes autem sacerdotum et omne concilium
querebant

hanne ppheten. Se si mulier magnæ quæ est helisæ
qui timuit. Ql hæ aures audiendi audiat
Cui autē similē estimabo generationē istam. Si-
mile est puerīs sedentibus in foro. qui clamant
aequalibus dicit. Cecinimus vobis. non saltastis
lamentauimus. nō planxistis. Venit enim iohēs nō
manducans nec bibens. & dicit. Qua demoniū
hꝫ. Venit filius hois manducans & bibens
& dicit. Ecce hō vorax & potator uini. publica-
noꝝ & peccatoꝝ amicꝰ. & sapiā a
filiis suis. Tunc cepit exprobrare ciuitati-
bus in quibꝰ factæ sunt plurimæ uirtutes ei. qz non
egissent pñiā. Væ tibi corozain. væ tibi bethsa-
da. qz si in tyro & sidone factæ essent uirtutes q
factæ sunt in vob. olim in cilicio. & cinere pñiā
egissent. Verūtamen dico vobis tyro & sidoni re-
missius erit in die iudicij qm vob. Et tu ca-
pharnaum numquid usq; in celū exaltaberis. usq;
in infernū descendes. Qz si in sodomis fuis-
sent uirtutes q factæ sunt in te. forte manſ
fissent usq; ad hanc diē. Verūtamen dico vobis
qm terræ sodomoꝝ remissius erit in die
iudicij quam tibi

In illo tpe. respondens ihs dixit. Confite-
or tibi pater dñe celi & terre. qm abscondisti
hec a sapientibus & prudentibus. & reuelasti ea
parvulis. Etiam pater qm sic fuit placitum ante
te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et ne-
mo nouit filium nisi pater. nec patrem quis nouit
nisi filius. cui voluerit filius reuelare. Venite
ad me oēs q laboratis & onerati estis. & ego
reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. &
discite a me. quia mitis sum & humilis corde
& inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim
meum suave est. & onus meum leue.

In illo tpe. abiit ihs sabbatis per sata. discipuli
autem eius esurientes cœperunt vellere spicas. &
manducare. Pharisei autem videntes dixe-
runt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod non licet
eis facere sabbatis. Ille autem dixit eis. Non legistis
quid fecit dauid cum esuriret ipse & qui cum
erant. quomodo intrauit in domum dei. & panes
propositionis comedit. quos non licebat ei edere. neq; his qui
cum eo erant nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis
in lege. quia sabbatis sacerdotes in templo sab-
batum violant. & sine crimine sunt. Dico
autem vobis. quia templo maius hic est. Si autem
scissetis quid est misericordiam volo & non sacrificium.
nunq; condemnassetis innocentes. Dñs est enim
filius hominis etiam sabbati. Et cum inde transisset
uenit in synagogam eorum. Et ecce homo manum
habens aridam. & interrogabant eum dicentes. Si li-
cet sabbatis curare. ut accusarent eum. Ipse autem
dixit ad illos. Quis erit ex vobis homo qui habet ou-
em unam. & si ceciderit sabbatis in foueam. Nonne te-
nebit & leuabit eam. Quanto magis melior
est homo ouis. Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc
ait homini. Extende manum tuam. & extendit. Et restitu-
ta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei
consilium faciebant aduersus eum quo eum perde-
rent. Iesus autem sciens recessit inde. Et secuti sunt eum multi
& curauit eos omnes. & præcepit eis ne manifestum eum fa-
cerent. ut adimpleretur qd dictum est per ysaiam prophe-
tam dicentem. Ecce puer meus electus meus dilectus
meus. meo bñplacitum. ponam spm meum
super eum. & iudicium gentibus nūtiabit. Non contendet
nec clamabit. neq; audiet aliquis in platheis uocem eius. Arundi-
nem quassatam non confringet. & linum fumigans non extinguet donec eiciat ad victoriam
iudicium. & in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus
est ei dæmonium habens. & cecus & mutus. & curauit eum ita
ut loqueretur & uideret. Et stupebant omnes turbe &
dicebant. Numquid hic est filius dauid. Pharisei autem audientes
dixerunt. hic non eicit dæmonia nisi in beelze-
bub principe dæmoniorum. Ihs autem sciens cogita-
